της φανερῷ τὴν ἀφέλειαν προϊσχόμενοι, λόγῳ δὲ ἀναιδεῖ τὴν
ἀπραγμοσύνην προβεβλημένοι. καίτοι ἐχρῆν ἑκάτερον ὑμῶν
ταύτην τῶν βαρβάρων τὴν πεῖραν παντὶ ἀποκρούεσθαι σθένει·
σὲ μέν, ὦ βασιλεῦ, ὅπως δὴ μὴ Ῥωμαίων εἴης βασιλεὺς ὕστα-
τος, σὲ δέ, ὦ στρατηγέ, ὅπως ἂν μὴ σαυτῷ ἐς τὴν βασιλείαν
ἐμποδὼν γένοιο. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα σοφίσματα λόγου ὡς ἐπὶ πλεῖ-

6. ἔγραφεν] ἔγραψεν Suidas s. v. *Πρόκλος*. *ibid.* οὔτε] οὐδέ P et Suidas. 8. οὔτε] οὐδὲ P. 13. τὰ A. τῶν P.

rem illi transegissent: iam enim adoptionem peragere confectis more Romano tabulis festinabant, nisi Proclus interpellasset. Is tunc Imperatori a consiliis erat, Quaesturam, ut vocant, gerens, spectatissimae vir integritatis et abstinentiae, qui nec novas leges facile condebat, nec se ut ex antiquo moveret aliquid sinebat induci. In hunc modum ille contra disseruit. *Res ego novas ut omnium maxime semper timui, ita minime experiri soleo, haud ignarus quam incerta alea plenae sint. Et quamvis ea in parte essem natura confidentior; tamen ab ista re, de qua nunc agitur, suscipienda refugerem, ac nisi fallor, procellam inde orituram reformidarem. Id unum iam nobis propositum videtur esse, ut honesto nomine rem Romanam Persis tradamus. Neque illi consilium suum occultant, aut quibusdam quasi velis obducunt: sed dum nude exponunt, perfricta fronte id agunt, ut nos imperio spolient, apertae fraudi simplicitatem, impudentique postulatui nihil machinantium speciem obtendentes. Hanc vero Barbarorum molitionem repellere totis viribus vos ambo potissimum, quorum maxime interest, debetis: tu quidem, Auguste, ne Romanorum ultimus Imperator sis; tu vero, Magister militum, ne aditum ad Imperium tibi ipse intercludas. Aliae ut plurimum fallaciae gravi quadam*

στον σεμνότητι καλυπτόμενα ἴσως ἄν που καὶ ἑρμηνέως τοῖς πολ- B λοῖς δέοιτο, αὕτη δὲ ἄντικρυς ἐκ προοιμίων εὐθὺς ἡ πρεσβεία τῷ Ῥωμαίων βασιλεῖ Χοσρόην τοῦτον, ὅστις ποτέ ἐστι, κληρονόμον εἰσποιεῖν βούλεται. οὑτωσὶ γάρ μοι περὶ τούτων διαλογίζεσθε. φύσει τοῖς παισὶ τὰ τῶν πατέρων ὀφείλεται, οἵ τε νόμοι τῷ διαλλάσσοντι ἀλλήλοις ἀεὶ ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις μαχόμενοι ἐνταῦθα ἔν τε Ῥωμαίοις καὶ πᾶσι βαρβάροις ξυνίασί τε καὶ ξυνομολογοῦντες ἀλλήλοις κυρίους ἀποφαίνουσι τοὺς παῖδας εἶναι τοῦ τοῦ πατρὸς κλήρου. ὥστε τὰ πρῶτα ἑλομένοις ὑμῖν πάντα λελείψεται τὰ λοιπὰ ξυγχωρεῖν."

Πρόκλος μὲν τοσαῦτα εἶπε. βασιλεὺς δὲ καὶ ὁ βασιλέως ἀδελφιδοῦς τούς τε λόγους ἐνεδέχοντο καὶ τὸ πρακτέον ἐν βουλῇ C ἐποιοῦντο. ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἄλλα Καβάδης γράμματα πρὸς Ἰουστῖνον βασιλέα πέμψας, ἄνδρας τε αὐτὸν στεῖλαι δοκίμους ἠξίου, ἐφ' ᾧ τὴν εἰρήνην πρὸς αὐτὸν θήσονται, καὶ γράμμασι τὸν τρόπον σημῆναι καθ' ὃν ἂν αὐτῷ τὴν τοῦ παιδὸς εἰσποίησιν θέσθαι βουλομένῳ εἴη. καὶ τότε δὴ Πρόκλος ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον τὴν Περσῶν πεῖραν διέβαλλε, καὶ μᾶλλον αὐτοῖς ἰσχυρίζετο, ὅπως δὴ τὸ Ῥωμαίων κράτος σφίσιν αὐτοῖς ὡς ἀσφαλέστατα προσποιήσωνται. καὶ γνώμην ἀπέφαινε τὴν μὲν εἰρήνην αὐτοῖς αὐτίκα δὴ μάλα περαίνεσθαι, ἄνδρας τε τοὺς πρώτους ἐκ βασιλέως ἐπ' αὐτῇ στέλλεσθαι, οὓς δὴ δεήσει πυνθανομένῳ τῷ Καβάδῃ,

8. τοῦ τοῦ L. τούτου τοῦ H. τοῦ P. 13. ἄλλα] ἄλλῳ A. 16. εἰσποίησιν] ἐσποίησιν A. ibid. θέσθαι] θῆσθαι (sic) A.

honestate orationis involutae, solertem interpretem requirunt: istaec autem legatio eo recta et palam vel ab ipso orsu intendit, ut Chosroem illum, quicunque est, Imperatori Romano haeredem adoptione obtrudat. Sic enim mecum ratiocinemini velim. Naturae iure bona patrum debentur filiis: et quamvis gentium omnium leges atque instituta caeteris in rebus discrepent; in hoc tamen cum inter Romanos, tum apud Barbaros etiam omnes conveniunt concinuntque, ut filios paternae dominos haereditatis declarent. Quare si primum amplectemini, consequens erit ut caetera concedatis.

Proclo haec locuto dedere manus Iustinus ac Iustinianus ipsius nepos: tum quid opus facto esset maturius consultarunt. Literas ad Iustinum ingeminabat Cabades, instat ut principes viros ad pacem coagmentandam allegct, significetque per literas quam in adoptando filio rationem teneri velit. Contra acrius adniti Proclus, in invidiam trahere Persarum instantiam, idque pugnare, Romanum eos Imperium firmissimo vinculo occupare ac tacere suum velle. Porro author fuit ut pax cum illis pangeretur quamprimum, et ad hoc Imperator viros primarios destinaret, quos oporteret quaerenti Cabadi quae forma adoptionis esset

καθ᾽ ὅ τι δεῖ τὴν εἰσποίησιν Χοσρόῃ γενέσθαι, διαῤῥήδην ἀπο-
D κρίνασθαι ὅτι δή, ὡς βαρβάρῳ προσήκει δηλονότι, οὐ γράμμα-
σιν οἱ βάρβαροι τοὺς παῖδας ποιοῦνται, ἀλλ᾽ ὅπλων σκευῇ. οὕτω τοίνυν τοὺς πρέσβεις Ἰουστῖνος βασιλεὺς ἀπεπέμψατο, ἄνδρας τοὺς Ῥωμαίων ἀρίστους ἕψεσθαι σφίσιν οὐκ εἰς μακρὰν ὑποσχόμενος, οἳ τά τε ἀμφὶ τῇ εἰρήνῃ καὶ τῷ Χοσρόῃ ὡς ἄριστα διοικήσονται. γράμμασί τε Καβάδην κατὰ ταὐτὰ ἠμείψατο. στέλλονται τοίνυν ἐκ μὲν Ῥωμαίων Ὑπάτιος, Ἀναστασίου τοῦ πρώην βεβασιλευκότος ἀδελφιδοῦς, καὶ Πατρίκιος, ἀρχὴν τῆς ἕω τὴν στρατηγίδα ἔχων, καὶ Ῥουφῖνος ὁ Σιλβανοῦ παῖς, ἔν τε πατρικίοις ἀνὴρ δόκιμος καὶ Καβάδῃ ἐκ πατέρων αὐτοῦ γνώριμος· ἐκ Περσῶν δὲ ἀνὴρ δυνατώτατός τε καὶ ἐξουσίᾳ πολλῇ χρώμενος, ὄνομα μὲν Σεόσης, Ἀδρασταδαρανσαλάνης δὲ τὸ ἀξίωμα, καὶ
P 32 Μεβόδης, τὴν μαγίστρου ἔχων ἀρχήν. οἳ δὴ ἐς χῶρόν τινα ξυν-
ιόντες, ὃς γῆν τὴν Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν διορίζει, ἀλλήλοις τε ξυγγενόμενοι ἔπρασσον ὅπως τά τε διάφορα διαλύσωσι καὶ τὰ ἀμφὶ τῇ εἰρήνῃ εὖ διαθήσονται. ἧκε δὲ καὶ Χοσρόης ἐς ποταμὸν Τίγριν, ὃς δὴ πόλεως Νισίβιδος διέχει δυοῖν ἡμέραιν ὁδῷ μάλιστα, ὅπως, ἐπειδὰν τὰ ἐς τὴν εἰρήνην ἑκατέροις δοκῇ ὡς ἄριστα ἔχειν, αὐτὸς ἐς Βυζάντιον στέλλοιτο. πολλοὶ μὲν οὖν καὶ ἄλλοι λόγοι πρὸς ἀμφοτέρων ὑπὲρ τῶν ἐν σφίσι διαφόρων ἐλέ-

7. *γράμμασί τε* A. *γράμμασι δὲ* P. *ibid.* *ταὐτὰ*] *ταῦτα* P. 9. *ἀδελφιδοῦς, καὶ Πατρίκιος*] *ἀδελφιδοῦς πατρίκιος, καὶ* P. *et Patritius* RV. 13. *δὲ*] *τε* P. 16. *ξυγγενόμενοι*] *ξυγγινόμενοι* Suidas s. v. *ἔπρασσον*. *ibid.* *διαλύσωσι*] *λύσωσι* Suidas. 17. *τῇ εἰρήνῃ*] *τὴν εἰρήνην* Suidas. *ibid.* *διαθήσονται*] *διαθήσωνται* L. *θήσονται* Suidas.

Chosroi decreta, sine ulla ambage dare istud responsum, utique Barbaro conveniens, *Non per tabulas, sed per arma ac belli instrumenta Barbari adoptantur.* His ita constitutis, Legatos Persas Iustinus remisit, pollicitus suos e Romana delectos nobilitate subsecuturos, et quae ad pacem Chosroemque spectarent compositturos optime: simul Cabadi in eandem sententiam rescripsit. Igitur e Romanis Hypatius Anastasii nuperi Imperatoris ex sorore nepos, Patricius idem et militum per Orientem Magister, cum Rufino Sylvani filio, Patricio itidem, ipsique Cabadi ab avita stirpe cognito; e Persis Seoses summa vir potestate et Adrastadaransalanis dignitate inclytus cum Mebode Magistro missi, quemdam in locum convenere, qui regnum Persicum a Romano disterminat. Ibi in commune consultum est, quaesitaeque ad omnem discernendam litem et pacem sanctissime statuendam viae. Quin et Chosroes ad Tigrin usque bidui ab urbe Nisibi dissitum sese contulit, ut cum pax utrinque optime stabilita videretur, Byzantium peteret. Et ab Oratoribus quidem cum alia multa de rebus inter ipsos controversis dicta sunt; tum illud subie-

γοντο, καὶ γῆν δὲ τὴν Κολχίδα, ἣ νῦν Λαζικὴ ἐπικαλεῖται,
Σεόσης ἔλεγε Περσῶν κατήκοον τὸ ἀνέκαθεν οὖσαν βιαζομένους
λόγῳ οὐδενὶ Ῥωμαίους ἔχειν. ταῦτα Ῥωμαῖοι ἀκούσαντες δεινὰ B
ἐποιοῦντο, εἰ καὶ Λαζικὴ πρὸς Περσῶν ἀντιλέγοιτο. ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν εἰσποίησιν ἔφασκον δὴ γενέσθαι Χοσρόῃ οὕτως ὥσπερ βαρβάρῳ προσήκει, οὐκ ἀνεκτὰ Πέρσαις ἔδοξεν εἶναι. ἑκάτεροι οὖν διαλυθέντες ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησαν, καὶ Χοσρόης ἄπρακτος πρὸς τὸν πατέρα ἀπιὼν ᾤχετο, περιώδυνός τε ὢν τοῖς ξυμπεσοῦσι καὶ Ῥωμαίοις εὐχόμενος τῆς αὐτῶν ὕβρεως τίσασθαι.

Μετὰ δὲ Μεβόδης μὲν τὸν Σεόσην διέβαλλε Καβάδῃ, ὡς H 17
δὴ ἐξεπίτηδες οὔ οἱ ἐπιτεταγμένον πρὸς τοῦ δεσπότου τὸν Λαζι- C
κῆς λόγον προθείη, τὴν εἰρήνην ἐκκρούων, Ὑπατίῳ τε κοινολο- V 244
γησάμενος πρότερον, ὃς δὴ βασιλεῖ τῷ οἰκείῳ εὐνοϊκῶς ὡς ἥκιστα ἔχων τήν τε εἰρήνην καὶ τὴν Χοσρόου εἰσποίησιν ἔργῳ ἐπιτελῆ οὐκ ἐᾷ γενέσθαι, πολλὰ δὲ κατηγοροῦντες καὶ ἄλλα οἱ ἐχθροὶ τὸν Σεόσην ἐς δίκην ἐκάλουν. Περσῶν μὲν οὖν ἡ βουλὴ ξύμπασα φθόνῳ μᾶλλον ἢ νόμῳ ξυνειλεγμένοι ἐδίκαζον. τῇ τε γὰρ ἀρχῇ οὐ ξυνειθισμένοι ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἐπιεικῶς ἤχθοντο καὶ τῷ τρόπῳ τοῦ ἀνδρὸς χαλεπῶς εἶχον. ἦν γὰρ ὁ Σεόσης χρημάτων μὲν ἀδωρότατος καὶ τοῦ δικαίου ἐπιμελητὴς ἀκριβέστατος, ἀλα-
ζονείας δὲ νόσῳ ἐχόμενος οὐδὲν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις. D
ξυμφυὲς μὲν γὰρ δοκεῖ εἶναι τοῖς Περσῶν ἄρχουσι τοῦτό γε· ἐν

15. κατηγοροῦντες Hm. κακηγοροῦντες P. 17. ξυνειλεγμένοι A. ξυνειλεγμένη P. 18. ξυνειθισμένοι A. ξυνειθισμένη P.

cit Seoses, Colchidem, vulgo hodie Lazicam, a Romanis teneri, iniqua vi Persis ereptam, legitimis iam olim dominis. Excanduere his auditis Romani, indignum rati de Lazica etiam a Persis moveri litem. Vicissim ipsi ubi dixerunt Chosroem non aliter ac Barbarum adoptari, id vero Persis intolerabile visum est. Mox soluto coetu, utrique domum rediere. Chosroes perdita male opera ad patrem reversus est, exulcerato ac percito animo Romanis denuntians contumeliae ultionem.

Ad Cabadem postea Mebodes Seosem detulit, quod inducta ex composito, praeter domini sui mandatum, mentione de Lazica pacem disturbasset, prius collocutus cum Hypatio, qui male erga Principem suum animatus, paci et ipse Chosroisque adoptioni se interposuisset, neque ad exitum rem sivisset perduci. De his Seose aliisque bene multis postulato et in ius accersito ab inimicis, causam disceptavit Senatus Persidis universus, non tam lege vel usu, quam suadente invidia convocatus. Etenim nemo erat quin cum insolitam viri potentiam indigne secum ferret, tum eius etiam moribus offenderetur. Abstinentia quidem in eo summa et indeflexus amor iustitiae elucebant; at tam insigniter arrogans idem erat, ut quamvis optimatibus Persis vitium hoc familiare sit atque

δὲ τῷ Σεόσῃ καὶ αὐτοὶ ᾤοντο ὑπερφυῶς ἐς τὰ μάλιστα τὸ πάθος ἀκμάσαι. ἔλεγον δὲ οἱ κατήγοροι ταῦτα ἅπερ μοι προδεδήλωται καὶ ὡς ἥκιστα τῷ ἀνθρώπῳ βουλομένῳ εἴη ἐν τῷ καθεστῶτι τρόπῳ βιοτεύειν, εἰ περιστέλλει τὰ Περσῶν νόμιμα. κενά τε γὰρ αὐτὸν δαιμόνια σέβειν καὶ τελευτήσασαν ἔναγχος τὴν γυναῖκα θάψαι, ἀπειρημένον τοῖς Περσῶν νόμοις γῇ κρύπτειν ποτὲ τὰ τῶν νεκρῶν σώματα. οἱ μὲν οὖν δικασταὶ θάνατον τοῦ ἀνθρώπου κατέγνωσαν, Καβάδης δὲ ὥσπερ ξυναλγοῦντι ἅτε φίλῳ τῷ Σεόσῃ ἐῴκει, ἐξελέσθαι δὲ αὐτὸν οὐδαμῇ ἤθελεν. οὐ μὴν οὐδὲ ὅτι αὐτὸν δι' ὀργῆς ἔχει ἐξήνεγκεν, ἀλλὰ τῷ λόγῳ παραλύειν τοὺς Περ-
P 33 *σῶν νόμους οὐκ ἐβούλετο, καίπερ ζωάγρια τῷ ἀνθρώπῳ ὀφείλων, ἐπεὶ Σεόσης οἱ αἰτιώτατος γέγονε βιῶναί τε καὶ βασιλεῖ εἶναι. οὕτω μὲν ὁ Σεόσης καταγνωσθεὶς ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο. ἡ δὲ ἀρχὴ ἐξ αὐτοῦ ἀρξαμένη ἐς αὐτὸν ἐτελεύτησεν. ἕτερος γὰρ Ἀδρασταδαρανσαλάνης οὐδεὶς γέγονεν. καὶ Ῥουφῖνος δὲ Ὑπάτιον ἐς βασιλέα διέβαλλε. διὸ δὴ αὐτὸν παρέλυε τῆς ἀρχῆς βασιλεὺς, καὶ τῶν οἱ ἐπιτηδείων τινὰς πικρότατα αἰκισάμενος οὐδὲν ὑγιὲς ἐν ταύτῃ τῇ διαβολῇ τὸ παράπαν εὗρε, κακὸν μέντοι οὐδὲν Ὑπάτιον ἄλλο εἰργάσατο.*

B *ιβ'. Εὐθὺς δὲ Καβάδης, καίπερ ἐν σπουδῇ ἔχων ἐσβολήν τινα ἐς τῶν Ῥωμαίων ποιεῖσθαι τὴν γῆν, οὐδαμῇ ἴσχυεν, ἐπεὶ αὐτῷ ἐναντίωμα τοιοῦτον ξυνηνέχθη γενέσθαι. Ἴβηρες, οἳ ἐν*

3. *ἐν τῷ καθεστῶτι τρόπῳ βιοτεύειν*] Ex Thucyd. I, 130. ubi libri meliores *καθεστηκότι*. 4. *κενά*] *καινά?* 12. *οἱ* om. A. 16. „*διέβαλλε* Reg." MALT. *διέβαλε* P.

adeo congenitum videatur, in Seose tamen summe id vigere ipsimet existimarent. Iis autem, quae supra retuli, haec addebant accusatores, illum rationem vitae a patriis Persarum institutis alienam sequi, vana numina colere, et cum lex esset de non humandis cadaveribus, fato recens functam uxorem humo mandasse. His arcessitum criminibus Iudices capite damnarunt. Ipsius quidem vicem, ut amici, dolere se Cabades prae se tulit; eum tamen noluit liberare, offensionem animi ita dissimulans, ut reverentiam legum Persicarum obtenderet. Atqui regnum debebat adeoque animam Seosi, qui ita damnatus interiit: unaque in eo desiit, in quo coeperat, summus ille magistratus. Neque enim Adrastadaransalanes alius deinceps quisquam fuit. Hypatium similiter Rufinus insimulavit apud Augustum, qui ipsum ea de causa exauthoravit, tortisque dirum in modum quibusdam ex illius familiaribus cum nihil certi elicuisset, poenam ei nullam praeterea irrogavit.

12. Continuo post, cum maxime vellet Cabades in fines Rom. irrumpere, minime potuit, suborto hoc impedimento. Iberum Asianorum

τῇ Ἀσίᾳ οἰκοῦσιν, πρὸς αὐταῖς που ταῖς Κασπίαις ἵδρυνται πύ-
λαις, αἵπερ αὐτοῖς εἰσι πρὸς βορρᾶν ἄνεμον. καὶ αὐτῶν ἐν ἀρι-
στερᾷ μὲν ἐχομένη πρὸς τὰς τοῦ ἡλίου δυσμὰς Λαζική ἐστιν, ἐν
δεξιᾷ δὲ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον τὰ Περσῶν ἔθνη. οὗτος ὁ λεὼς
Χριστιανοί τέ εἰσι καὶ τὰ νόμιμα τῆς δόξης φυλάσσουσι ταύτης C
μάλιστα πάντων ἀνθρώπων ὧν ἴσμεν, κατήκοοι μέντοι ἐκ πα-
λαιοῦ τοῦ Περσῶν βασιλέως τυγχάνουσιν ὄντες. τότε δὴ αὐτοὺς
ἤθελε Καβάδης ἐς τὰ νόμιμα τῆς αὑτοῦ δόξης βιάζεσθαι. καὶ
αὐτῶν τῷ βασιλεῖ Γουργένῃ ἐπέστελλε τά τε ἄλλα ποιεῖν ἃ Πέρ-
σαι νομίζουσι καὶ τοὺς νεκροὺς τῇ γῇ ὡς ἥκιστα κρύπτειν, ἀλλ'
ὄρνισί τε ῥίπτειν καὶ κυσὶν ἅπαντας. διὸ δὴ Γουργένης προσχω-
ρεῖν Ἰουστίνῳ βασιλεῖ ἤθελε τά τε πιστὰ ἠξίου λαβεῖν, ὡς οὔ-
ποτε Ἴβηρας καταπροήσονται Πέρσαις Ῥωμαῖοι. ὁ δὲ ταῦτά τε
αὐτῷ ξὺν προθυμίᾳ πολλῇ ἐδίδου καὶ Πρόβον τὸν Ἀναστασίου D
τοῦ βεβασιλευκότος ἀδελφιδοῦν ἄνδρα πατρίκιον ξὺν χρήμασι
πολλοῖς ἐς Βόσπορον ἔπεμψεν, ἐφ' ᾧ στράτευμα Οὔννων χρή-
μασιν ἀναπείσας Ἴβηρσι πέμπει ἐς ξυμμαχίαν. ἔστι δὲ πόλις
ἐπιθαλασσία ἡ Βόσπορος, ἐν ἀριστερᾷ μὲν εἰσπλέοντι τὸν Εὔξει- V 245
νον καλούμενον πόντον, Χερσῶνος δὲ πόλεως, ἣ γῆς τῆς Ῥω-
μαίων ἐσχάτη ἐστὶν, ὁδῷ διέχουσα ἡμερῶν εἴκοσιν. ὧν δὴ τὰ
ἐν μέσῳ ἅπαντα Οὖννοι ἔχουσιν. οἱ δὲ Βοσπορῖται αὐτόνομοι
μὲν τὸ παλαιὸν ᾤκουν, Ἰουστίνῳ δὲ βασιλεῖ ἔναγχος προσχωρεῖν

2. βορρᾶν] βορὰν A. 5. ταύτης A. ταύτῃ P. 8. αὑτοῦ] αὐτοῦ P. 19. Χερσῶνος] Χερσώνης Hm. Sed Χερσῶνος p. 576 d. de Aedif. p. 63 a.

sedes Portas Caspias contingunt a Septentrione, sinistra Lazicam ab occasu, dextra ab ortu populos qui Persis parent. Christiani sunt, inter omnes, quos eo nomine censeri scimus, sacrarum legum ac caeremoniarum tenacissimi, quamvis Regi Persarum iam inde antiquitus subditi fuerint. Eos Cabades cum ad Religionis suae instituta vellet adigere, Gurgeni ipsorum Regi mandavit ut cum caeteros Persarum ritus amplecteretur, tum in primis ne mortuos tumularet, sed in praedam avibus canibusque proiiceret. Movit ea res Gurgenem ut in fidem Iustini concederet. Eam igitur imploravit, petiitque ut sibi promitteretur, nunquam Iberes a Romanis Persarum potestati permissum iri. Fidem ille perlubens dedit: mox Probum Imperatoris Anastasii a sorore nepotem, virum patricium, misit Bosporum cum ingenti pecunia, qua Hunnorum auxilia Iberibus adiungeret. Urbs est maritima Bosporus et ad laevam eorum sita qui in Pontum Euxinum invehuntur: dierum iter xx. distat Chersone, quae in illis partibus extrema urbs est Romani Imperii: obtinent autem Hunni quidquid inter illas interiacet. Id tenuerant Bosporitae, qui sui quidem iuris fuerant iam inde olim; non ita vero pridem se Iustino de-

P 34 ἔγνωσαν. ἐπεὶ δὲ Πρόβος ἐνθένδε ἄπρακτος ἀνεχώρησε, Πέτρον στρατηγὸν ξὺν Οὔννοις τισὶν ἐς Λαζικὴν βασιλεὺς ἔπεμψε Γουργένῃ ὅση δύναμις ξυμμαχήσοντα. ἐν τούτῳ δὲ Καβάδης στράτευμα λόγου ἄξιον πολλοῦ ἐπί τε Γουργένην καὶ Ἴβηρας ἔπεμψε καὶ στρατηγὸν ἄνδρα Πέρσην, Οὐαρίζην μὲν τὸ ἀξίωμα, Βόην δὲ ὄνομα. ὅ τε Γουργένης ἐλάσσων ὀφθεὶς ἢ φέρειν τὴν Περσῶν ἔφοδον, ἐπεὶ τὰ ἐκ Ῥωμαίων οὐχ ἱκανὰ ἦν, ξὺν Ἰβήρων τοῖς λογίμοις ἅπασιν ἐς Λαζικὴν ἔφυγε, τήν τε γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας ξὺν τοῖς ἀδελφοῖς ἐπαγόμενος, ὧν δὴ Περάνιος ὁ πρεσβύτερος ἦν. ἐν δὲ τοῖς Λαζικῆς ὁρίοις γενόμενοι ἔμενον, ταῖς τε δυσχωρίαις
H 18 B φραξάμενοι τοὺς πολεμίους ὑφίσταντο. Πέρσαι δὲ αὐτοῖς ἐπισπόμενοι οὐδὲν ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον ἔπρασσον, τοῦ πράγματος σφίσι διὰ τὰς δυσχωρίας ἀντιστατοῦντος.

Ἔπειτα δὲ οἵ τε Ἴβηρες ἐς Βυζάντιον παρεγένοντο καὶ Πέτρος ἐς βασιλέα μετάπεμπτος ἦλθε, καὶ τὸ λοιπὸν βασιλεὺς Λαζοῖς οὐ βουλομένοις ξυμφυλάσσειν τὴν χώραν ἠξίου στράτευμά τε καὶ Εἰρηναῖον ἄρχοντα πέμψαι. ἔστι δὲ φρούρια ἐν Λαζοῖς δύο εὐθὺς εἰσιόντι ἐκ τῶν Ἰβηρίας ὁρίων, ὧν ἡ φυλακὴ τοῖς ἐπιχωρίοις ἐκ παλαιοῦ ἐπιμελὴς ἦν, καίπερ ταλαιπωρίᾳ ἐχομένοις πολλῇ, ἐπεὶ οὔτε σῖτος ἐνταῦθα οὔτε οἶνος οὔτε τι ἄλλο ἀγαθὸν γίνεται. οὐ μὴν οὐδέ τι ἑτέρωθεν ἐσκομίζεσθαι διὰ τὴν στενοχω-
C ρίαν οἷόν τέ ἐστιν, ὅτι μὴ φερόντων ἀνθρώπων. ἐλύμοις μέντοι τισὶν ἐνταῦθα γινομένοις εἰθισμένον σφίσιν οἱ Λαζοὶ ἀποζῆν

diderant. Illinc Probus re infecta cum rediisset, misit Imperator in Lazicam Petrum ducem cum Hunnis aliquot; ut sociis armis pro virili iuvaret Gurgenem. Adversus quem et Iberes exercitum Cabades interea destinavit sane florentem, duce Boe homine Persa et ad Varizis dignitatem evecto. Gurgenes vero animadvertens sibi vires tenuiores esse, quam ut posset Persarum impetum sustinere; neque enim sufficiebat Romanum subsidium; cum Ibera omni nobilitate, germanis, uxore ac liberis, quorum erat maior natu Peranius, fugit in Lazicam. Ubi ventum ad eius fines consistunt, ibique hostem opperiuntur, muniti difficillimo locorum situ; qui Persas insequentes ita prohibuit, nihil ut memoratu dignum patrarint.

Deinde Byzantium concesserunt Iberes: Petrum revocavit Imperator et Lazis limites suos tueri praesidio recusantibus, Irenaeum ducem cum copiis misit. Primum in Lazicam ex Iberia aditum insident castella duo, quorum custodiae intenderant ab aevo indigenae, quamvis summa inopia conflictarentur. Nam nec frumentum ibi, nec vinum, neque aliud quicquam ad victum mitiorem accommodum provenit, immo vero neque aliunde nisi per baiulos importari viarum angustiae patiuntur. Panico, quod illic progignitur, assueti Lazi, eo victum tolerare poterant. Amotis inde

ἴσχυον. τούτους ἐξαναστήσας ἐνθένδε βασιλεὺς τοὺς φρουροὺς στρατιώτας Ῥωμαίους ἐκέλευεν ἐπὶ τῇ φυλακῇ τῶν φρουρίων καθίστασθαι. οἷς δὴ κατ' ἀρχὰς μὲν ἐπιτήδεια μόλις Λαζοὶ ἔφερον, ὕστερον δὲ αὐτοί τε πρὸς τὴν ὑπουργίαν ἀπεῖπον καὶ Ῥωμαῖοι τὰ φρούρια ταῦτα ἐξέλιπον, οἵ τε Πέρσαι αὐτὰ πόνῳ οὐδενὶ ἔσχον. ταῦτα μὲν ἐν Λαζοῖς γέγονε.

Ῥωμαῖοι δὲ, Σίττα τε καὶ Βελισαρίου ἡγουμένων σφίσιν, ἐς Περσαρμενίαν τὴν Περσῶν κατήκοον ἐσβαλόντες χώραν τε πολλὴν ἐληίσαντο καὶ Ἀρμενίων πάμπολυ πλῆθος ἀνδραποδίσαντες ἀπεχώρησαν. τούτω δὲ τὼ ἄνδρε νεανία μὲν καὶ πρώτω D ὑπηνήτα ἤστην, Ἰουστινιανοῦ δὲ στρατηγοῦ δορυφόρω, ὃς δὴ χρόνῳ ὕστερον ξὺν Ἰουστίνῳ τῷ θείῳ τὴν βασιλείαν ἔσχεν· ἑτέρας δὲ ἐσβολῆς Ῥωμαίοις ἐς Ἀρμενίαν γεγενημένης Ναρσῆς τε καὶ Ἀράτιος παρὰ δόξαν ὑπαντιάσαντες ἐς χεῖρας ἦλθον. οἳ οὐ πολλῷ ὕστερον ἐς Ῥωμαίους τε αὐτόμολοι ἵκοντο καὶ ξὺν Βελισαρίῳ ἐς Ἰταλίαν ἐστράτευσαν, τότε μέντοι τοῖς ἀμφὶ Σίτταν τε καὶ Βελισάριον ξυμβαλόντες τὸ πλέον ἔσχον. εἰσέβαλλε δὲ καὶ ἀμφὶ πόλιν Νίσιβιν ἄλλη Ῥωμαίων στρατιὰ, ἧς Λικελάριος ἐκ Θρᾴκης ἦρχεν. οἱ δὲ φεύγοντες εὐθωρὸν τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο, P 35 καίπερ οὐδενὸς σφίσιν ἐπεξιόντος. διὸ δὴ Λικελάριον παρέλυσε μὲν τῆς ἀρχῆς βασιλεὺς, Βελισάριον δὲ ἄρχοντα καταλόγων τῶν

8. ἐσβαλόντες] ἐσβαλλόντες (sic) A. 10. πρώτω ὑπηνήτα] Homerus Iliad. ω, 348. Odyss. κ, 279. πρῶτον ὑπηνήτῃ. 18. Λικελάριος] Λιβελάριος Hm. 19. εὐθωρὸν] Etymolog. M. p. 391, 41. *Εὐθύωρον*: „Εὐθύωρον τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο,“ εὐθυτάτην, σύντομον, παρὰ τὸ εὐθὺ καὶ τὸ ὥρα, οἷον αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. Vide ad p. 144 c.

his stationariis, iussit Augustus castella a Rom. militibus custodiri: quibus initio quidem annonam Lazi, aegre licet, portabant; sed postea detrectarunt eiusmodi ministerium. Quamobrem castella deseruerunt Romani; Persae nullo negotio occuparunt. Et haec quidem acta in Lazica.

In Persarmeniam autem, provinciam ditionis Persicae, ingressi Romani Sitta ac Belisario ducibus, eam late vastarunt, et cum Armenorum, quos ceperant, turba maxima redierunt. Ambo tum adolescentes ac prima lanugine signati, satellites erant Iustiniani Magistri militum, quem postea ad Imperii consortium assumpsit Iustinus avunculus. Iterum Romani in Armeniam cum irrupissent, et Narses atque Aratius illis occurrissent ex inopinato, ad manus ventum est. Paulo post quidem ad Romanos ambo transfugerunt ac tandem in expeditionem Italicam Belisarium secuti sunt; tunc vero cum eodem et Sitta congressi, evaserunt superiores. In agrum Nisibenum alter exercitus, cui praeerat Licelarius Thrax, sese intulit; at statim qua venerat recessit, nemine persequente fugiens. Hac de causa Licelarium Augustus militiae gradu movit, et numeris, qui Darae erant,

ἐν Δάρας κατεστήσατο. τότε δὴ αὐτοῦ ξύμβουλος ᾑρέθη Προκόπιος, ὃς τάδε ξυνέγραψε.

V 246 ιγ΄. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον Ἰουστῖνος βασιλέα τὸν
B ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ Ἰουστινιανὸν ξὺν αὐτῷ ἀνειπὼν ἐτελεύτησε,
καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἐς μόνον Ἰουστινιανὸν ἡ βασιλεία ἦλθεν. οὗτος
Ἰουστινιανὸς ἐκέλευε Βελισάριον δείμασθαι φρούριον ἐν χωρίῳ
Μίνδονος, ὃ πρὸς αὐτοῖς ἐστι τοῖς Περσῶν ὁρίοις, ἐν ἀριστερᾷ
ἐς Νίσιβιν ἰόντι. ὁ μὲν οὖν σπουδῇ πολλῇ τὰ βασιλεῖ δόξαντα
ἐποίει ἐπιτελῆ, τό τε ὀχύρωμα ἐς ὕψος ἤδη πολυανθρωπίᾳ τεχνι-
C τῶν ᾔρετο. Πέρσαι δὲ ἀπεῖπον μὴ οἰκοδομήσασθαι περαιτέρω
μηδὲν, οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις διακωλυταὶ ἀπει-
λοῦντες οὐκ ἐς μακρὰν ἔσεσθαι. ταῦτα ἐπεὶ βασιλεὺς ἤκουσεν
(οὐ γὰρ οἷός τε ἦν Βελισάριος Πέρσας ἐνθένδε τῷ παρόντι στρα-
τῷ ἀποκρούεσθαι), ἄλλην τε στρατιὰν ἐπήγγειλεν αὐτόσε ἰέναι
καὶ Κούτζην τε καὶ Βούζην, οἳ τῶν ἐν Λιβάνῳ στρατιωτῶν ἦρ-
χον τότε. τούτω δὲ ἀδελφὼ μὲν ἐκ Θρᾴκης ἤστην, νέω δὲ ἄμφω
καὶ οὐ ξὺν τῷ ἀσφαλεῖ τοῖς πολεμίοις ἐς χεῖρας ἰόντε. ἑκάτεροι
μὲν οὖν ξυλλεγέντες ἐπὶ τὴν οἰκοδομίαν ἀθρόοι ἦσαν, Πέρσαι
D μὲν αὐτὴν παντὶ σθένει διακωλύσοντες, Ῥωμαῖοι δὲ τοῖς τεκταινομένοις ἐπαμυνοῦντες. μάχης δὲ καρτερᾶς γενομένης ἡσσῶνται
Ῥωμαῖοι, φόνος τε αὐτῶν πολὺς γέγονε, τινὰς δὲ καὶ ἐζώγρησαν οἱ
πολέμιοι. ἐν τούτοις ἦν καὶ Κούτζης. οὓς δὴ οἱ Πέρσαι ἄπαν-

3. δὲ] Legebatur τε. 9. τεχνιτῶν L. τεχνητῶν P. Conf. ad p. 593 c. 14. ἄλλην τε L. τε om. P.

praefecit Belisarium: cui tunc delectus consiliarius est Procopius, author huius Historiae.

13. Aliquanto post fato functus Iustinus, sororis suae filium Iustinianum, quem collegam imperii declaraverat, solum Imperatorem reliquit. Hic autem Belisario mandavit, ut castellum conderet Mindone, qui locus proxime Persarum fines ad laevam est euntibus Nisibin. Mox ille se totum adhibuit ad perficienda quae Princeps animo proposuerat. Iamque surgebat munitio, urgente opus magna fabrorum vi, cum Persae ne id promoveretur interdixerunt, denuntiantes se brevi adfore, ut inceptum non lingua, sed manu prohiberent. Haec ubi Imperator audivit, quoniam Belisario non sufficiebant ad repellendum hostem copiae, quas habebat, alias subsidio misit, eoque iussit contendere Cutzem ac Buzem duces praesidiorum Libani. Fratres erant, ortu Thraces, et illos adolescentiae fervor ad pugnam temere rapiebat. Ergo coacta utrinque agmina ad aedificium confertim se admovent, eo quidem Persae consilio, ut omni ope impediant; Romani vero, ut fabros intentos operi tueantur. Confligitur acerrime: vincuntur demum Romani. Ingenti facta eorum caede, in potestatem hostium venere nonnulli, atque in his Cutzes. Persae, postquam ob-

τας εἰς τὰ οἰκεῖα ἤδη ἀπαγαγόντες, δήσαντές τε τὸν ἅπαντα χρόνον ἐν σπηλαίῳ καθεῖρξαν, καὶ τοῦ φρουρίου τὴν οἰκοδομίαν οὐδενὸς ἔτι ἀμυνομένου εἰς ἔδαφος καθεῖλον.

Ὕστερον δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς στρατηγὸν τῆς ἕω Βελισάριον καταστησάμενος, στρατεύειν ἐπὶ Πέρσας ἐκέλευεν. ὁ δὲ στρατιὰν λόγου πολλοῦ ἀξίαν ἀγείρας ἐς Δάρας ἦλθε. καί οἱ Ἑρμογένης ξυνδιακοσμήσων τὸν στρατὸν ἐκ βασιλέως ἀφίκετο, τὸ τοῦ μαγίστρου ἀξίωμα ἔχων, ὃς Βιταλιανῷ παρήδρευε πρότερον, P 36 ἡνίκα βασιλεῖ Ἀναστασίῳ πολέμιος ἦν. καὶ Ῥουφῖνον δὲ βασιλεὺς πρεσβευτὴν ἔπεμψεν, ὃν δὴ ἐν Ἱεραπόλει τῇ πρὸς τῷ Εὐφράτῃ ποταμῷ μένειν, ἕως αὐτὸς σημήνῃ, ἐκέλευε. λόγοι γὰρ ἤδη πολλοὶ ἐπ' ἀμφότερα ἀμφὶ τῇ εἰρήνῃ ἐγίνοντο. ἄφνω δέ τις H 19 Βελισαρίῳ τε καὶ Ἑρμογένει ἀπήγγειλεν ὡς Πέρσαι ἐσβάλλειν ἐπίδοξοί εἰσιν ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων, πόλιν Δάρας αἱρήσειν ἐν σπουδῇ ἔχοντες. οἱ δὲ ταῦτα ἀκούσαντες τὰ ἐς τὴν παράταξιν ἐξηρτύοντο ὧδε. τῆς πύλης, ἣ πόλεως Νισίβιδος κατάντικρυ κεῖται, οὐ μακρὰν ἄποθεν, ἀλλ' ὅσον λίθου βολὴν, τάφρον βαθεῖάν B τινα ὤρυξαν, διεξόδους πολλὰς ἔχουσαν. οὐκ ἐπ' εὐθείας μέντοι ἡ τάφρος ἥδε ὀρώρυκτο, ἀλλὰ τρόπῳ τοιῷδε. κατὰ μὲν τὸ μέσον βραχεῖά τις ἐγεγόνει εὐθεῖα, ἐφ' ἑκάτερα δὲ αὐτῆς ὀρθαὶ κεραῖαι πεποίηντο δύο, ἔς τε τὰ πέρατα ταῖν ὀρθαῖν κεραίαιν

12. ἐπ' ἀμφότερα Maltretus. ἀμφότερα HL. ἀμφοτέρωθεν HmLmP. 13. ἀπήγγειλεν] Legebatur ἀπήγγελλεν. Suidas s. v. ἐπίδοξος, Ὁ δὲ ἀπήγγειλεν ὡς Πέρσαι ἐπίδοξοί εἰσιν ἐς τὴν Ῥωμαίων γῆν εἰσβάλλειν. 21. πεποίηντο] Legebatur πεποίηνται.

sistente nemine munitionem aequarunt solo, captivos omnes abduxerunt in patriam, perpetuaque custodia damnarunt.

Post haec Magistrum militum per Orientem creavit Belisarium Iustinianus, eique bellum Persicum dedit. Ille vero, ubi exercitum collegit praeclarissimum, Daram petiit: quo etiam misit Augustus moderaturum cum ipso copias Magistrum Officiorum Hermogenem, qui Vitaliano a consiliis fuerat, quando hostem eum patiebatur Anastasius Augustus. Praeterea Rufinum Imperator legavit iussitque Hierapoli, quae ad Euphratem est posita, usque manere, dum ipse aliud mandatum daret. Iam enim multi de pace sermones ultro citroque serebantur; cum ecce Belisario atque Hermogeni nuntius venit referens opinionem esse, Persas eruptionem in Romanos moliri atque urbem Daram occupare velle. His illi auditis, quae opus erant ad decertandum acie praepararunt hoc modo. Ad iactum lapidis pro porta, quae Nisibin spectat, fossam percusserunt, quae iustam habuit altitudinem et certa per intervalla vias ac transitus. Nec linea ubique recta processit opus; verum ita, ut describam. In medio quidem recta linea praeduxerunt minorem fossam: ubi autem haec desinebat, duo utrinque cornua ad normam directa prorsum excurrebant:

αὖθις τὰς τάφρους ἐπὶ πλεῖστον εὐθείας ἐξῆγον. οἱ μὲν οὖν Πέρσαι οὐκ ἐς μακρὰν στρατῷ πολλῷ ἦλθον, ἔν τε Ἀμμώδιος χωρίῳ, πόλεως Δάρας μέτρῳ εἴκοσι σταδίων ἀπέχοντι, ἐστρατοπεδεύσαντο ἅπαντες. ἄρχοντες δὲ ἄλλοι τε ἦσαν καὶ Πιτυάζης
C καὶ Βαρεσμανᾶς ἑτερόφθαλμος. στρατηγὸς δὲ εἷς ἅπασιν ἐφειστήκει, Πέρσης ἀνὴρ, Μιρράνης μὲν τὸ ἀξίωμα (οὕτω γὰρ τὴν ἀρχὴν καλοῦσι Πέρσαι), Περόζης δὲ ὄνομα. ὃς δὴ αὐτίκα παρὰ
V 247 Βελισάριον πέμψας τὸ βαλανεῖον ἐν παρασκευῇ ἐκέλευε ποιεῖσθαι. λοῦσθαι γάρ οἱ ἐνταῦθα τῇ ὑστεραίᾳ βουλομένῳ εἶναι. διὸ δὴ Ῥωμαῖοι τὰ ἐς τὴν ξυμβολὴν καρτερώτατα ἐξηρτύοντο, ὡς ἡμέρᾳ τῇ ἐπιγενησομένῃ μαχούμενοι.

Ἅμα δὲ ἡλίῳ ἀνίσχοντι τοὺς πολεμίους ἐπὶ σφᾶς προϊόντας ὁρῶντες ἐτάττοντο ὧδε. τῆς εὐθείας μὲν τὰ ἔσχατα τῆς ἀριστερᾶς, ἣ ἔνερθεν ἦν τῆς ὀρθῆς κεραίας μέχρι ἐς τὸν λόφον, ὃς
D ταύτῃ ἀνέχει, Βούζης εἶχε ξὺν ἱππεῦσι πολλοῖς καὶ Φάρας Ἔρουλος ξὺν ὁμογενέσι τριακοσίοις· ἐν ἀριστερᾷ δὲ αὐτῶν τῆς τάφρου ἐκτὸς κατὰ τὴν γωνίαν, ἣν ἡ ὀρθὴ κεραία καὶ ἡ ἐνθένδε εὐθεῖα ἐποίει, Σουνίκας τε ἦν καὶ Αἰγὰν, Μασσαγέται γένος, ξὺν ἱπ-

3. σταδίων] τὸ στάδιον πόδας ἔχει ρνδ', ἐπεὶ καὶ τὸ μίλιον ἑπτὰ περιέχει σταδίους, ὅπερ μίλιον χιλίους ὀκτακοσίους ἔχει πόδας, οὐχὶ ὅ τι οἱ πολλοὶ λέγουσι χιλίους μόνους, ἐπεὶ μίλια τὰ χίλια παρὰ Ῥωμαίοις. Schol. A. 4. Πιτυάζης] Πιτιάζης p. 41. *Pityazes* RV utrobique. 5. Βαρεσμανᾶς] Βαρεσμανὰς L. Βαρεσμενὰς P. Βαρεσμανᾶς p. 41. 42. *Baresmanas* RV. *ibid.* ἐφειστήκει] „ἐφεστήκει Reg.“ MALT. 8. ποιεῖσθαι] γενέσθαι Suidas s. v. λοῦτρον. Conf. p. 39 d. 9. λοῦσθαι] λοῦσαι L. λούσασθαι Suidas. 12. δὲ] Legebatur τε. 16. ἀριστερᾷ P ex Maltreti coniectura. Libri omnes δεξιᾷ. 18. Αἰγὰν L. Αὐγὰν P. *Aigax* RV, qui infra p. 41 c. 42 a. *Aiga*.

quibus in extremis rursus recta linea fossae abibant longissime. Subinde adfuit Persarum magnus exercitus, et in agro Ammodii, qui locus Dara stadiis xx. distat, metatus est. In eo cum alii duces erant, tum Pityazes et Baresmanas luscus, sub Peroze natione Persa, qui unus omnibus imperabat, factus ante Mirrhanes: sic Persae quandam dignitatem vocant. Hic simul ut advenit, ad Belisarium misit, qui suo nomine iuberent parare balneum in urbe, ubi postridie lavare vellet. Quocirca Romani quaecunque habebant validissima expedierunt ad praelium, rati id die proximo commissum iri.

Primo Sole appropinquantem conspicati hostem, sic aciem ordinarunt. Buzes cum magno equitum numero, et Pharas Erulus cum ccc. popularibus suis spatium obtinebant inter fossae sinistrae, quae cornui subiecta erat, extremitatem, ac vicinum tumulum iacens. Ad eorum laevam, extra fossam, in angulo, quem cornu et fossa sinistrorsum procurrens efficiebant, Sunicas et Augam Massagetae cum DC. equitibus locati

πεῦσιν ἑξακοσίοις, ὅπως, ἢν οἵ τε ἀμφὶ Βούζην καὶ Φάραν τραπεῖεν, αὐτοὶ πλάγιοι κατὰ τάχος ἰόντες κατὰ νώτου τε τῶν πολεμίων γενόμενοι τοῖς ἐκείνῃ Ῥωμαίοις ἀμύνειν εὐπετῶς δύνωνται. ἐπὶ θάτερα δὲ τρόπῳ τῷ αὐτῷ ἐτετάχατο· τῆς μὲν γὰρ εὐθείας τὰ ἔσχατα ἱππεῖς πολλοὶ εἶχον, ὧν Ἰωάννης τε ὁ Νικήτου ἦρχε καὶ Κύριλλός τε καὶ Μάρκελλος· ξυνῆν δὲ αὐτοῖς καὶ Γερμανὸς καὶ Δωρόθεος· ἐς γωνίαν δὲ τὴν ἐν δεξιᾷ ἱππεῖς ἐτάττοντο ἑξα- P 37 κόσιοι, ὧν Σίμας τε καὶ Ἀσκὰν Μασσαγέται ἦρχον, ἵνα, ὅπερ εἴρηται, τῶν ἀμφὶ τὸν Ἰωάννην τρεπομένων, ἂν οὕτω τύχῃ, αὐτοὶ ἐνθένδε ἐξανιστάμενοι κατὰ νώτου τῶν Περσῶν ἴωσι. πανταχοῦ δὲ τῆς τάφρου οἵ τε τῶν ἱππέων κατάλογοι καὶ ὁ πεζὸς στρατὸς ἵστατο. ὧν δὴ ὄπισθεν οἵ τε ἀμφὶ Βελισάριον καὶ Ἑρμογένην κατὰ μέσους εἱστήκεσαν. ὧδε μὲν Ῥωμαῖοι ἐς πεντακισχιλίους τε καὶ δισμυρίους ξυνιόντες ἐτάξαντο, Περσῶν δὲ ὁ στρατὸς μυριάδες μὲν τέσσαρες ἱππέων τε καὶ πεζῶν ἦσαν, ἐφεξῆς δὲ ἅπαντες μετωπηδὸν ἵσταντο, ὡς βαθύτατον τῆς φάλαγγος τὸ μέτωπον ποιησάμενοι. χρόνον μὲν οὖν πολὺν μάχης ἐς B ἀλλήλους οὐδέτεροι ἦρχον, ἀλλὰ θαυμάζουσί τε τὴν Ῥωμαίων εὐκοσμίαν Πέρσαι ἐῴκεσαν καὶ ὅ τι χρήσονται τοῖς παροῦσιν ἀπορουμένοις.

Τῆς δὲ ἡμέρας ἀμφὶ δείλην ὀψίαν μοῖρά τις τῶν ἱππέων, οἳ κέρας τὸ δεξιὸν εἶχον, ἀποσχισθέντες τοῦ ἄλλου στρατοῦ τοῖς

17. ποιησάμενοι] ποιησόμενοι L.

sunt, eo consilio, ut si Buzes ac Pharas verterentur in fugam, ipsi ex obliquo invecti a tergo hostem exciperent, et Romanis ea parte laborantibus adessent celeriter et expedite. Similis erat alae alterius dispositio. Numerosus enim equitatus, quem Ioannes Nicetae filius, Marcellus et Cyrillus ducebant, adiunctique his Germanus ac Dorotheus, ad fossae caput stabat; ad angulum vero dexterum Simas et Ascan Massagetae cum DC. equitibus: ut si forte, quod de aliis monui, Ioannes inclinaretur, facta inde eruptione in terga hostium involarent. Intra totum spatium, quod fossa ambiebat, equitum classes cohortesque peditum erant dispositae. Post mediam aciem constiterant Belisarius atque Hermogenes cum triariis. Sic Romani aciem suam ordinarunt, haud plures numero quam XXV. M. cum Persarum exercitus XL. M. peditum simul equitumque constaret. Omnes ad copias nostras conversi ita formabant aciem, ut eius frons esset altissima. Ac diu stetere acies in conspectu, neutra cooriente in pugnam. Haerebant Persae, aptissimam Romanorum dispositionem stupentibus et quid praesentis ex usu temporis constituerent ignorantibus similes.

Iamque dies in vesperum declinabat, cum a Persarum exercitu manus equitum cornu dexteri se abiunxit, et in alam incurrit, cui Buzes

ἀμφὶ Βούζην τε καὶ Φάραν ἐπῆλθον. οἱ δὲ ὀπίσω κατὰ βραχὺ ὑπεχώρησαν. Πέρσαι δὲ αὐτοὺς οὐκ ἐδίωξαν, ἀλλ' αὐτοῦ ἔμενον, κύκλωσιν, οἶμαι, πρὸς τῶν πολεμίων τινὰ δείσαντες. μετὰ δὲ Ῥωμαῖοι μὲν οἱ φυγόντες ἐκ τοῦ αἰφνιδίου πρὸς αὐτοὺς ὥρμησαν. [C] *οἱ δὲ οὐχ ὑποστάντες τὴν ἔφοδον ὀπίσω ἀπήλαυνον ἐς τὴν φάλαγγα, καὶ αὖθις οἵ τε ἀμφὶ Βούζην καὶ Φάραν ἐν χώρᾳ τῇ οἰκείᾳ ἐτάξαντο. ἐν τούτῳ τῷ ἔργῳ Περσῶν ἑπτὰ ἔπεσον, ὧν δὴ τῶν σωμάτων Ῥωμαῖοι ἐκράτησαν, καὶ τὸ λοιπὸν ἡσυχάζοντες ἐν τάξει ἑκάτεροι ἔμενον. εἷς δὲ ἀνὴρ Πέρσης νεανίας, ἄγχιστα τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ τὸν ἵππον ἐλάσας, προὐκαλεῖτο ἅπαντας, εἴ τίς οἱ βούλοιτο ἐς χεῖρας ἰέναι. καὶ τῶν μὲν ἄλλων ὑποστῆναι τὸν κίνδυνον ἐτόλμα οὐδείς, Ἀνδρέας δὲ ἦν τις ἐν τοῖς Βούζου οἰκείοις, οὐ στρατιώτης μὲν οὐδέ τι ἀσκήσας τῶν κατὰ τὸν πόλεμον πώποτε, παιδατρίβης δὲ καὶ παλαίστρᾳ τινὶ ἐν Βυ-*
[D] *ζαντίῳ ἐφεστηκώς. διὸ δὴ καὶ τῷ στρατῷ εἵπετο, ἅτε τοῦ Βού-*
[H 20] *ζου σώματος ἐν βαλανείῳ ἐπιμελούμενος, γένος δὲ Βυζάντιος ἦν. οὗτος ἐθάρσησε μόνος, οὔτε Βούζου οὔτε ἄλλου ὁτουοῦν ἐπαγγείλαντος, αὐτόματος τῷ ἀνθρώπῳ ἐς μονομαχίαν ἐπεξιέναι. φθάσας δὲ τὸν βάρβαρον ἔτι περισκοπούμενον ὅπη ὁρμήσεται, παρὰ μαζὸν τὸν δεξιὸν τῷ δόρατι παίει. ὁ δὲ πληγὴν ἀνδρὸς ἰσχυροῦ λίαν οὐκ ἐνεγκὼν ἐκ τοῦ ἵππου ἐς ἔδαφος πίπτει. καὶ αὐτὸν Ἀνδρέας μαχαίρᾳ τινὶ βραχείᾳ ὥσπερ ἱερεῖον ὑπτίως κείμενον ἔθυσε, κραυγή τε ὑπερφυὴς ἔκ τε τοῦ περιβόλου καὶ τοῦ Ῥω-*

17. **οὔτε Βούζου] οὐδὲ Βούζου P.**

ac Pharas praeerant. Hi pedem referre sensim. Tum sustinere se Persae, veriti, ut opinor, ne circumcluderentur. Post ab iisdem illis, qui retro cesserant, repente appetiti, neque impressionem ferentes, citatis equis refugerunt ad suam aciem; Romani ad assignatum sibi locum et ordinem sese retulerunt. Eo in congressu Persae desiderati sunt septem, quorum corpora remanserunt penes Romanos. Deinde cum in suis utrique ordinibus se continerent, adolescens quidam Persa propius ad Rom. exercitum admisso equo, omnes provocavit, inclamans, num cui ad manum conserendam secum animus esset. Certe nemo in discrimen venire ausus est praeter Andream Buzae domesticum, qui nec faciebat stipendia, nec rem militarem unquam tractaverat; sed fuerat Magister exercitor, et Byzantii, ubi natus erat, Palaestrico ludo praepositus. Tunc vero exercitum sequebatur, fungens apud Buzem balneatoris munere. Hic unus, non Buzis, non alius cuiusquam impulsu, at suapte sponte ausus est offerre se singulari certamini, et in Barbarum prorumpere, quem hasta ferire occupans meditantem adhuc quomodo impetum daret, mamillae dextrae inflixit ictum. Eo ille, quippe robustissimi viri manu impacto, deiectus ex equo humi sternitur: mox Andreas resupinum, non secus ac victimam, cultello iugulat, dum ingens e muro acieque Rom.

μαίων στρατοπέδου ἤρθη. Πέρσαι δὲ τῷ γεγονότι περιαλγήσαντες ἕτερον ἐς τὴν αὐτὴν πρᾶξιν ἱππέα καθῆκαν, ἀνδρεῖον μὲν καὶ P 38 μεγέθους σώματος πέρι εὖ ἥκοντα, οὐ νεανίαν δέ, ἀλλὰ καί τι- V 248 νας τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν πολιὸν ὄντα. ὃς δὴ παρὰ τὸ τῶν πολεμίων στράτευμα ἐπιών, ἐπὶ πλεῖστον δὲ τὴν μάστιγα σείων, ᾗ παίειν τὸν ἵππον εἰώθει, Ῥωμαίων τὸν βουλόμενον ἐς μάχην ἐκάλει. οὐδενὸς δέ οἱ ἐπεξιόντος, Ἀνδρέας ἅπαντας λαθὼν ἐς μέσον ἦλθε, καίπερ αὐτῷ πρὸς τοῦ Ἑρμογένους ἀπειρημένον. ἄμφω γοῦν τοῖς δόρασιν ἐς ἀλλήλους θυμῷ πολλῷ ἐχόμενοι ὥρμησαν, καὶ τά τε δόρατα τοῖς θώραξιν ἐρεισθέντα δεινῶς ἀπε- B κρούσθη οἵ τε ἵπποι ἐς τὰς κεφαλὰς ἀλλήλοις συγκρούσαντες ἔπεσόν τε αὐτοὶ καὶ τοὺς ἐπιβάτας ἀπέβαλον. τὼ δὲ ἄνδρε τούτω ἄγχιστά πη πεσόντε ἀλλήλοιν ἐξανίστασθαι σπουδῇ πολλῇ ἄμφω ἠπειγέσθην, ἀλλ' ὁ μὲν Πέρσης τοῦτο δρᾶν, ἅτε οἱ τοῦ μεγέθους ἀντιστατοῦντος, οὐκ εὐπετῶς εἶχεν, Ἀνδρέας δὲ προτερήσας (τοῦτο γάρ αὐτῷ ἡ κατὰ τὴν παλαίστραν μελέτη ἐδίδου) τῷ γόνατι ἐξανιστάμενον αὐτὸν ἔτυψε καὶ αὖθις εἰς τὸ ἔδαφος πεσόντα ἔκτεινε. κραυγή τε ἐκ τοῦ τείχους καὶ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ οὐδέν τι ἧσσον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, ἤρθη· καὶ οἱ μὲν Πέρσαι ἐς τὸ Ἀμμώδιος τὴν φάλαγγα διαλύσαντες ἀνεχώρησαν, οἱ δὲ C Ῥωμαῖοι παιανίσαντες ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἐγένοντο. ἤδη γὰρ

20. ἐς τὸ ἀμμώδιος τὴν φάλαγγα διαλύσαντες ἀνεχώρησαν AHL, nisi quod HL verbo ἀνεχώρησαν carent. τὴν φάλαγγα διαλύσαντες ἀνεχώρησαν ἐς τὸ Ἀμμώδιος P. *ibid.* οἱ δὲ Ῥωμαῖοι add. AP: om. HL. 21. παιανίσαντες addidi ex A. Totum locum RV sic vertit, *Quamobrem Persae soluta phalange Ammodium reverterunt, Romaei vero intra Daram, apud quam praelium hoc fuit, se receperunt.*

tollitur clamor. Casum hunc secum indignati Persae, equitem alterum ad idem facinus emittunt, robustum illum quidem et mole praestantem corporis, at non adolescentem: iam enim caput eius incipiebat conspergi canis. Porro progressus et flagellum, quo caedere solebat equum, crebro quatiens, e Romanis unum, cuicunque libido foret, ad certamen poscebat. Hic rursus offerente se nemine, inter omnes furtim elabens, in medium se proripit Andreas, quamvis nominatim vetuisset Hermogenes. Igitur ambo adversis connixi hastis concurrunt: quas thoracibus effultas cum a se invicem avertissent, equi collisis inter se frontibus ceciderunt, ac sessores excusserunt suos. Alter prope alterum lapsi consurgere festinant: at illud Persae non ita promptum, mole ipsa corporis impedito. Prior se in pedes erigit Andreas (beneficium id fuit exercitationis palaestricae) adversarium genu nixum percutit, iterumque afflictum trucidat. Excritur qua a moenibus, unde oppidani spectabant, qua ab acie Rom. clamor multo contentior priori illo. Persae soluta acie, quoniam primas

καὶ ξυνεσκόταζεν. οὕτω τε ἀμφότεροι τὴν νύκτα ἐκείνην ηὐλίσαντο.

ιδ΄. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ Πέρσαις μὲν στρατιῶται μύριοι ἐκ Νισίβιδος πόλεως μετάπεμπτοι ἦλθον, Βελισάριος δὲ καὶ Ἑρμογένης πρὸς Μιρράνην ἔγραψαν τάδε „Πρῶτον ἀγαθὸν τὴν εἰρήνην εἶναι ὡμολόγηται παρὰ πάντων ἀνθρώπων οἷς τι καὶ κατὰ
D βραχὺ λογισμοῦ μέτεστιν. ὥστε ἤν τις διαλυτὴς αὐτῆς γένοιτο, τῶν κακῶν αἰτιώτατος ἂν οὐ τοῖς πέλας, ἀλλὰ καὶ ὁμογενέσι τοῖς αὑτοῦ εἴη. στρατηγὸς μὲν οὖν ἄριστος οὗτος ἐκεῖνός ἐστιν, ὃς δὴ ἐκ πολέμου εἰρήνην διατίθεσθαι ἱκανὸς πέφυκε. σὺ δὲ τῶν πραγμάτων εὖ καθεστώτων Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις πόλεμον ἐπάγειν ἡμῖν αἰτίαν οὐκ ἔχοντα ἔγνωκας, καίπερ ἑκατέρου μὲν βασιλέως εἰρηναῖα βουλευομένου, πρέσβεων δὲ παρόντων ἡμῖν ἐν γειτόνων ἤδη, οἳ δὴ τὰ διάφορα τῇ ἐς ἀλλήλους ὁμιλίᾳ οὐκ εἰς μακρὰν διαλύσουσιν, ἢν μή τι ἀνήκεστον ἐκ τῆς σῆς ἐφόδου ξυμ-
P 39 βαῖνον ταύτην ἡμῖν ἀναστέλλειν τὴν ἐλπίδα ἰσχύσῃ. ἀλλ᾽ ἄπαγε ὅτι τάχιστα τὸν στρατὸν ἐς τὰ Περσῶν ἤθη, μηδὲ τοῖς μεγίστοις ἀγαθοῖς ἐμποδὼν ἵστασο, μή ποτε Πέρσαις, ὡς τὸ εἰκός, εἴης τῶν ξυμβησομένων δεινῶν αἴτιος.“ ταῦτα ἐπεὶ Μιρράνης ἀπενεχθέντα τὰ γράμματα εἶδεν, ἀμείβεται ὧδε „Ἐποίησα ἂν τὰ αἰτούμενα, τοῖς γεγραμμένοις ἀναπεισθεὶς, εἰ μὴ Ῥωμαίων ἡ ἐπιστολὴ ἐτύγχανεν οὖσα, οἷς τὸ μὲν ἐπαγγέλλεσθαι πρόχειρόν ἐστιν, ἔργῳ δὲ τὰ ἐπηγγελμένα ἐπιτελεῖν καὶ κρεῖσσον ἐλπίδος,

7. βραχὺ] [τὸ] βραχὺ P.

iam tenebras vesper offundebat, Ammodium reversi sunt: Romani Daram intrarunt: atque ita noctem illam utrique egerunt.

14. Postero die x. m. militum Persae Nisibi evocarunt: Belisarius autem atque Hermogenes in hanc sententiam scripsere Mirrhani. *Pacem bonis omnibus antecellere in confesso est apud omnes, quibus aliquantulum modo rationis inest. Quare si quis eam convellit, nae ille mala gravissima non vicinis duntaxat populis, sed popularibus etiam suis parit. Is quidem dux est optimus, qui bellum pace mutare scit: tu vero cum Romanorum iuxta ac Persarum res bene haberent, nobis per meram libidinem bellum decrevisti, licet Regis utriusque consilia ad pacem spectent, iamque in propinquo Legati adsint, qui mutuo congressu propediem controversias diriment, nisi quis ex hostili adventu tuo suboriatur casus adeo exitiabilis, ut hanc nostram accidat infringatque spem. Quin age, copias in Persidem reduc quamprimum, et bona, quae se offerunt maxima, arcere noli: ne malorum, quae Persis impendent, causa tibi uni merito ascribatur.* Mirrhanes epistolam hanc sibi oblatam cum perlegisset, ita rescripsit. *Postulatis annuerem, iis inductus, quae ad me fuerunt perscripta, nisi literae illae a Romanis venirent: quibus promptum quidem est ac solenne polliceri; id vero spem omnem superat, fore unquam ut promissa, vel iu-*

ἄλλως τε ἢν καὶ ὅρκοις τισὶ κυρώσητε τὰ ξυγκείμενα. ἡμεῖς
μὲν οὖν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀπειπόντες ἀπάτην ἐν ὅπλοις ἠναγ-
κάσμεθα παρ' ὑμᾶς ἥκειν, ὑμεῖς δέ, ὦ φίλοι Ῥωμαῖοι, μηδὲν B
ἄλλο τὸ λοιπὸν οἴεσθε ἢ πολεμητέα ὑμῖν ἐς Πέρσας εἶναι. ἐν-
ταῦθα γὰρ ἡμᾶς ἢ τεθνάναι ἢ καταγηράσκειν δεήσει, ἕως ἔργῳ τὰ
δίκαια πρὸς ὑμᾶς θήσεσθε.“ τοσαῦτα μὲν καὶ ὁ Μιρράνης ἀν-
τέγραψεν. αὖθις δὲ οἱ ἀμφὶ Βελισάριον ἔγραψαν ὧδε „Οὐ
πάντα χρή, ὦ βέλτιστε Μιρράνη, τῇ ἀλαζονείᾳ χαρίζεσθαι, οὐ-
δὲ τοῖς πέλας ἐπιφέρειν ὀνείδη τὰ μηδαμόθεν προσήκοντα. Ῥου- H 21
φῖνον γὰρ ἐπὶ πρεσβείαν ἥκοντα οὐκ ἄποθεν εἶναι ἡμεῖς τε εἴπο-
μεν ξὺν τῷ ἀληθεῖ καὶ αὐτὸς οὐκ ἐς μακρὰν εἴσῃ. γλιχομένοις
δὲ ὑμῖν πολεμίων ἔργων ἀντιταξόμεθα ξὺν θεῷ, ὃν ἡμῖν ἐν τῷ V 249 C
κινδύνῳ ξυλλήψεσθαι ἴσμεν, ἠγμένον μὲν τῇ Ῥωμαίων ἀπραγμο-
σύνῃ, ἀλαζονείᾳ δὲ τῇ Περσῶν νεμεσήσαντα, καὶ οἷς ἐπὶ τὴν
εἰρήνην προκαλουμένοις ἡμῖν εἶτα ἀντιτείνειν ἐγνώκατε. ἀντιτα-
ξόμεθα δὲ τὰ γεγραμμένα παρ' ἑκατέρων ἀπ' ἄκρων σημείων ἐς
τὴν ξυμβολὴν ἀναψάμενοι.“ τοσαῦτα μὲν ἡ γραφὴ ἐδήλου. Μιρ-
ράνης δὲ καὶ αὖθις ἀμείβεται ὧδε „Οὐδὲ ἡμεῖς ἄνευ θεῶν τῶν
ἡμετέρων ἐς τὸν πόλεμον καθιστάμεθα, ξὺν αὐτοῖς δὲ παρ' ὑμᾶς
ἥξομεν, οὕσπερ τῇ ὑστεραίᾳ Πέρσας ἐς Δάρας ἐμβιβάσειν ἐλ-
πίδα ἔχω. ἀλλά μοι τό τε βαλανεῖον καὶ ἄριστον ἐν παρασκευῇ
τοῦ περιβόλου ἐντὸς γινέσθω. ταῦτα οἱ ἀμφὶ Βελισάριον ἀνα- D
λεξάμενοι παρεσκευάζοντο ἐς τὴν ξυμβολήν.

1. κυρώσητε] κυρώσηται L.

reiurando firmata, perficiant. Quae vestra ludificatio cum a nobis ferri ultra non posset, vos armis petere coacti sumus. At vos, amici Romani, sic statuite, aliud vobis deinceps nihil, nisi bellum cum Persis gerendum esse. Nobis enim decretum est, donec ius obtinuerimus nostrum, aut hic emori, aut consenescere. His a Mirrhane rescriptis, sic ad ipsum iterum Belisarius. *Non oportet, praeclare Mirrhanes, indulgere omnino fastui, nec falsa vicinis exprobrare. Rufinum legatum haud abesse procul et nos vere diximus, et tu brevi cognosces. Sed quando insanus belli amor vos ita rapit, contra instructa acie offeremus nos, Deo duce, quem aequum candori nostro, et in arrogantiam Persicam indignationis plenum atque offensum repulsa, quam tulimus ad pacem vos invitantes, a nobis in praelio staturum scimus. Testes profecto literas, quae scriptae ultro citroque sunt, alligabimus summis vexillis, itaque demum adversa acie consistemus.* Haec habebat epistola: Mirrhanes ita reposuit. *Nec nos sine Diis nostris bellum capessimus. His ducibus veniemus ad vos, et die crastino, ut equidem spero, suos Persas Daram inducent. Agitedum, mihi in urbe balneum prandiumque instructa tum habetote.* His lectis, ad praelium accinxit se Belisarius.

Τῇ δὲ ἐπιγενομένῃ ἡμέρᾳ Πέρσας ἅπαντας περὶ ἡλίου ἀνατολὴν ξυγκαλέσας Μιρράνης ἔλεξε τοιάδε ,,Οὐκ ἀγνοῶ μὲν ὡς οὐ λόγοις τῶν ἡγουμένων, ἀλλ' ἀρετῇ τε οἰκείᾳ καὶ τῇ ἐς ἀλλήλους αἰδοῖ θαρσεῖν ἐν τοῖς κινδύνοις εἰώθασι Πέρσαι. ὁρῶν δὲ ὑμᾶς διαλογιζομένους τί δήποτε συνειθισμένον Ῥωμαίοις πρότερον ἄνευ θορύβων τε καὶ ἀταξίας ἐς μάχην ἰέναι, οἳ δὲ ξὺν κόσμῳ τινὶ ἔναγχος οὐδαμόθεν σφίσι προσήκοντι Πέρσας ἐπιόντας ὑπέστησαν, τοῦδε εἵνεκα παραίνεσιν ποιεῖσθαί τινα εἰς ὑμᾶς ἔγνωκα, ὅπως μὴ δόξῃ οὐκ ἀληθεῖ χρωμένοις ὑμῖν σφαλῆναι συμβαίη. μὴ γὰρ οἴεσθε Ῥωμαίους ἀμείνους τὰ πολέμια ἐκ τοῦ αἰφνιδίου γενέσθαι μηδὲ ἀρετῆς τι ἢ ἐμπειρίας κεκτῆσθαι πλέον, ἀλλὰ καὶ δειλοὺς αὐτοὺς γεγονέναι μᾶλλον ἢ τὰ πρότερα ὄντες ἐτύγχανον·
P 40 *οἵ γε οὕτω Πέρσας δεδίασιν ὥστε οὐδὲ τάφρου χωρὶς ἐς τὴν φάλαγγα καθίστασθαι τετολμήκασιν. οὐδὲ ξὺν ταύτῃ μάχης τινὸς ἦρξαν, ἀλλ' ἐπεὶ ἐς χεῖρας αὐτοῖς οὐδαμῶς ἤλθομεν, ἄσμενοί τε καὶ κρεῖσσον ἐλπίδος τὰ πράγματα σφίσι κεχωρηκέναι οἰόμενοι ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐχώρησαν. διὸ δὴ αὐτοῖς οὐδὲ ξυντεταράχθαι τετύχηκεν, οὔπω εἰς κίνδυνον πολέμου ἐλθοῦσιν. ἢν δέ γε ἡ μάχη ἐκ χειρὸς γένηται, ὀρρωδία τε αὐτοὺς καὶ ἀπειρία περιλαβοῦσαι ἐς ἀκοσμίαν τὴν συνήθη, ὡς τὸ εἰκός, καταστήσουσιν. τὰ μὲν οὖν τῶν πολεμίων τοιαῦτά ἐστιν· ὑμᾶς δέ, ὦ ἄνδρες Πέρσαι, τοῦ βασιλέων βασιλέως ἡ κρίσις εἰσίτω. ἢν γὰρ μὴ ἐπα-*

2. *ἀγνοῶ μὲν* P ex emendatione Maltreti. *ἀγνοοῦμεν* H. *ἀγνοῶμεν* L. *ignoramus* RV. 19. *ἀπειρία*] *ἀπορία* Pm. *anxietate metuque capti* RV. 22. *βασιλέων* om. L. non expressit RV: uncis inclusum est in HP, habet A. Conf. p. 50 b.

Postridie sub Solis ortum Persis omnibus convocatis in hunc modum verba fecit Mirrhanes. *Equidem scio non orationibus ducum, sed virtute ingenita ac pudore mutuo solere Persas incendi ad rem fortiter gerendam in praeliis. Tamen quia video vos id sermonibus agitare, quid causae sit cur, cum antea Romani ad pugnam tumultuose semper incompositeque procederent, isti cum aliquo ordine, ad quem nuper facti minime erant, impetum Persarum exceperint; propterca nonnulla uti cohortatione et vos quaedam admonere constitui, ne forte labamini opinione ducti falsa. Cavete existimetis bellicosiores repente evasisse Romanos, et maiorem virtutem vel usum collegisse: immo vero videte quam increverit eorum timiditas, qui Persas adeo iam reformidant, ut non ausi sint struere aciem sine fossae praesidio, ac ne ita quidem muniti pugnam lacessiverint. Et quoniam manum haud conseruimus, exultantes laetitia sibique successum meliorem spe gratulantes, urbi se commiserunt. Nec mirum eos non esse turbatos, qui nondum in discrimen venerint pugnae. Haec vero si manu collata fiat; terrore atque imperitia districti, in confusionem solitam procul dubio relabentur. Res quidem hostium hoc loco sunt. Vos autem, viri Persae, quale de vobis futurum sit Regis Regum iudicium reputate. Etenim si a*

ξίως τῆς Περσῶν ἀρετῆς ἐν τῷ παρόντι ἀνδραγαθίζοισθε, κόλα- B
σις ὑμᾶς οὐκ εὐκλεὴς περιστήσεται." οὕτω μὲν Μιρράνης πα-
ρακελευσάμενος ἐπὶ τοὺς πολεμίους τὸ στράτευμα ἦγε. Βελισά-
ριος δὲ καὶ Ἑρμογένης πρὸ τοῦ περιβόλου πάντας Ῥωμαίους
ἀγείραντες παρεκελεύσαντο ὧδε „Ὡς μὲν οὐκ εἰσὶ παντάπασιν
ἀνίκητοι Πέρσαι οὐδὲ κρείσσους ἢ θνήσκειν ἐπίστασθε δή που
μάχῃ τῇ προτέρᾳ σταθμώμενοι· ὡς δὲ τῇ τε ἀνδρείᾳ καὶ σώμα-
τος ἰσχύϊ περιόντες αὐτῶν μόνῳ ἡττᾶσθε τῷ τοῖς ἄρχουσιν ἀπει-
θέστεροι εἶναι οὐδεὶς ἂν ἀντείποι. ὅπερ ἐπανορθοῦν πόνῳ οὐδε-
νὶ ὑμῖν πάρεστι. τὰ μὲν γὰρ τῆς τύχης ἐναντιώματα σπουδῇ
ἐπανορθοῦσθαι οὐδαμῶς πέφυκε, γνώμη δὲ τῶν οἰκείων κακῶν
ῥᾳδίως ἂν ἀνθρώπῳ ἰατρὸς γένοιτο. ὥστε ἢν τῶν παραγγελλο- C
μένων κατακούειν ᾖ βουλομένοις ὑμῖν, αὐτίκα δὴ ἀναδήσεσθε τὸ
τοῦ πολέμου κράτος. οἱ γὰρ οὐκ ἄλλῳ τῳ ἢ τῷ ἡμετέρῳ ἀκό-
σμῳ θαρσοῦντες ἐφ' ἡμᾶς ἥκουσιν. σφαλέντες δὲ καὶ νῦν τῆς
τοιαύτης ἐλπίδος ὁμοίως τῇ προλαβούσῃ ξυμβολῇ ἀπαλλάξουσι.
καὶ τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, ᾧ μάλιστα δεδίττονται, ὑμᾶς
ὑπερφρονεῖν ἄξιον. τὸ γὰρ πεζὸν ἅπαν οὐδὲν ἄλλο ἢ ὅμιλός
ἐστιν ἀγροίκων οἰκτρῶν, οἳ ἐς τὴν παράταξιν ἐπ' ἄλλῳ οὐδενὶ
ἔρχονται ἢ τεῖχός τε διορύττειν καὶ τοὺς τεθνεῶτας σκυλεύειν καὶ
τἆλλα τοῖς στρατιώταις ὑπηρετεῖν. διὸ δὴ ὅπλα μέν, οἷς ἂν
καὶ τοὺς ἐναντίους ἐνοχλοῖεν, οὐδαμῆ ἔχουσι, τοὺς δὲ θυρεοὺς
τοιούτους τὸ μέγεθος προβέβληνται μόνον, ὅπως αὐτοὶ πρὸς τῶν D H 22

7. ἀνδρείᾳ] ἀνδρίᾳ P. 12. παραγγελλομένων] παραγενομένων L.

virtute Persica hic desciveritis, ignominiosa vos manet animadversio. Ita concionatus Mirrhanes, exercitum in hostes duxit; dum Belisarius atque Hermogenes coactos pro muro Romanos his fere verbis hortati sunt, *Id quidem scitis, superiori certamine edocti, Persas nec invictos usquequaque esse, nec immortales: at nemo negaverit, vos, qui ipsis et animi et corporis robore praestatis, hoc uno inferiores esse, quod non ita bene ducibus obtemperatis. Quin hoc ipsum potestis labore nullo corrigere. Studio certe emendari nequeunt infortunia: sed malis, quorum residet in nobis causa, propositum animi facile mederi potest. Itaque si audientes dicto velitis esse, statim victoriam consequemini. Nam cum huc veniant alia re nulla confisi, nisi disciplinae nostrae perturbatione; hac sua etiam hodie depulsi spe ita abscedent, ut in certamine prius edito factum est. Nec vos moveat ille, quo formidolosius nihil offerunt, ingens numerus, sane dignus contemptu vestro. Universus enim peditatus agricolarum tantum turba est misellorum, qui exercitum eo solum sequuntur, ut perfodiant murum, cadavera spolient, militique deserviant. Idcirco arma, quibus adversarios impetant, nulla habent, et grandia dumtaxat scuta obiiciunt, ne telis ho-*

πολεμίων ἥκιστα βάλλωνται. οὐκοῦν ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ γενόμενοι οὐκ ἐν τῷ παρόντι μόνον Πέρσας νικήσετε, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀπονοίας κολάσετε, ὥς μήποτε αὖθις εἰς γῆν τὴν Ῥωμαίων στρατεύσονται."

*Ταύτην Βελισάριός τε καὶ Ἑρμογένης τὴν παραίνεσιν ποιη-
σάμενοι, ἐπειδὴ Πέρσας ὁδῷ ἰόντας ἐπὶ σφᾶς εἶδον, τρόπῳ τῷ
προτέρῳ κατὰ τάχος τοὺς στρατιώτας διέταξαν. καὶ οἱ βάρβα-*
V 250 *ροι παρ' αὐτοὺς ἥκοντες μετωπηδὸν ἔστησαν. οὐχ ἅπαντας μέν-
τοι Πέρσας ὁ Μιρράνης ἀντίους τοῖς πολεμίοις, ἀλλὰ τοὺς ἡμί-
σεις ἔστησε, τοὺς δὲ ἄλλους ὄπισθεν μένειν εἴασεν. οἳ δὴ τοὺς
μαχομένους ἐκδεχόμενοι ἔμελλον ἀκμῆτες ἐπιθήσεσθαι τοῖς ἐναν-*
P 41 *τίοις, ὅπως ἀεὶ ἐκ περιτροπῆς ἅπαντες μάχωνται. μόνον δὲ τὸν
τῶν ἀθανάτων λεγομένων λόχον ἡσυχῇ μένειν, ἕως αὐτὸς σημή-
νῃ, ἐκέλευεν. αὐτός τε κατὰ μέσον τοῦ μετώπου ταξάμενος,
Πιτυάζην μὲν τοῖς ἐν δεξιᾷ, Βαρεσμανᾶν δὲ τοῖς ἐς τὸ ἀριστε-
ρὸν κέρας ἐπέστησεν. οὕτω μὲν ἀμφότεροι ἐτετάχατο. Φάρας
δὲ Βελισαρίῳ τε καὶ Ἑρμογένει παραστὰς εἶπεν „Οὐδέν μοι δο-
κῶ ἐνταῦθα ξὺν τοῖς Ἐρούλοις μένων τοὺς πολεμίους ἐργάσεσθαι
μέγα· ἢν δὲ κρυπτόμενοι ἐς τὸ κάταντες τοῦτο εἶτα, ἐπειδὰν ἐν
τῷ ἔργῳ γένωνται Πέρσαι, διὰ τοῦδε τοῦ λόφου ἀναβαίνοντες
ἐκ τοῦ αἰφνιδίου κατὰ νώτου αὐτῶν ἴωμεν ὄπισθεν βάλλοντες,*

14. *ταξάμενος* L. *ταξόμενος* P. 15. *Πιτυάζην*] *Πιτιάζην* P.
16. *ἐπέστησεν*] *ἐπέστησαν* L. 18. *ἐργάσεσθαι*] *ἐργάσασθαι* L.
20. *τοῦδε*] *τούτου* L.

stilibus configantur. Quae cum ita sint; si vos fortiter in hoc praelio gesseritis, non iam modo vincetis Persas; at sic etiam eorum vesaniam castigabitis, ut Romano Imperio nunquam posthac inferre signa ausuri sint.

Ita suos cohortati Belisarius et Hermogenes, ubi Persas viderunt ad se recta tendere, extemplo aciem eadem qua nudius tertius forma ordinarunt. Ad quos Barbari cum processissent, steterunt illis obversi. Porro Mirrhanes non omnes hosti Persas opposuit; sed dimidiam duntaxat partem, relictis a tergo caeteris, qui subeundo pugnantibus invasuri hostem erant recentes; sic ut in orbem omnes continenter praelio succederent. Unam Immortalium quam appellant cohortem iussit quiescere eousque dum ut adessent mandaret. Ipse in media versans aciei fronte, Pityazi cornu dexterum, Baresmanae laevum assignavit. Sic acie utraque composita, Belisarium et Hermogenem Pharas adiit, et illis astans, *Si ibi*, inquit, *cum Erulis meis positus maneam*, *nihil in hostem*, *quod sit operae pretium*, *facturus mihi videor. Sin latebimus in eo clivo*, *ac deinde*, *cum Persas pugnae ardor provexerit*, *superato repente tumulo*,

τὰ ἀνήκεστα αὐτοὺς, ὡς τὸ εἰκὸς, δράσομεν.“ ὁ μὲν ταῦτα εἶπε, καὶ ἐπεὶ τοὺς ἀμφὶ Βελισάριον ἤρεσκε, κατὰ ταῦτα ἐποίει.

scelus, optato licet successu careat, iam id patravit. Quem autem habiturum sit bellum exitum, nemini obscurum est. Neque enim qui belli causas praebent ac semina iaciunt, victoria potiri solent; sed qui belli auctores improbos ulciscuntur. At neque aequo Marte congredi hostis nobiscum poterit: siquidem copiarum partem maximam in extremo Orbe Romani habent, et Ducum praestantissimorum, qui ipsis erant omnino duo, alterum, nimirum Sittam, recentissime interfecimus: Belisarium vero visurus nunquam est Iustinianus; quem ille floccipendens, restitit in Occidente, regno Italiae occupato. Quare in hostes vadenti tibi nemo unus omnium occurret: nobis autem et benevolis, ut par est, et locorum peritissimis viae ducibus uti poteris. Ea Chosroes oratione audita cum voluptate, deinde convocatis qui inter Persas eminebant, tum quae scripserat Vittigis, tum quae Armenii dixerant plane exposuit, et quid opus facto esset instituit quaerere. Multis in utramque partem prolatis sententiis, denique placuit inferre primo vere Romanis arma. Erat autumnus, agebatque annum imperii Iustinianus XIII. Romani certe nihil tale suspicabantur, et quamquam Imperatorem suum audiverant urgeri querelis Chosrois de prosperis eius in Occidente successibus expostulantis, et quae supra commemo-

εὐημέρησεν ἐν ταῖς τοῦ ἡλίου δυσμαῖς καὶ τὰ ἐγκλήματα ἐπιφέρειν ταῦτα, ὧν ἄρτι ἐμνήσθην.

δ'. Τότε καὶ ὁ κομήτης ἀστὴρ ἐφάνη, τὰ μὲν πρῶτα P 95
ὅσον εὐμήκης ἀνὴρ μάλιστα, ὕστερον δὲ καὶ πολλῷ μείζων. καὶ αὐτοῦ τὸ μὲν πέρας πρὸς δύοντα ἥλιον, ἡ δὲ ἀρχὴ πρὸς ἀνίσχοντα ἦν, αὐτῷ δὲ τῷ ἡλίῳ ὄπισθεν εἵπετο. ὁ μὲν γὰρ ἐν αἰγοκέρῳ ἦν, αὐτὸς δὲ ἐν τοξότῃ. καὶ αὐτὸν οἱ μέν τινες ἐκάλουν ξιφίαν, ὅτι δὴ ἐπιμήκης τε ἦν καὶ λίαν ὀξεῖαν τὴν ἀρχὴν εἶχεν, οἱ δὲ πωγωνίαν, ἡμέρας τε πλείους ἢ τεσσαράκοντα ἐφάνη. οἱ μὲν οὖν ταῦτα σοφοὶ ἀλλήλοις ὡς ἥκιστα ὁμολογοῦντες ἄλλος ἄλλα προὔλεγον πρὸς τούτου δὴ τοῦ ἀστέρος σημαίνεσθαι· ἐγὼ δὲ ὅσα γενέσθαι ξυνηνέχθη γράφων δίδωμι ἑκάστῳ τοῖς ἀποβε-
βηκόσι τεκμηριοῦσθαι ᾗ βούλοιτο. μέγα μὲν εὐθὺς στράτευμα B
Οὐννικὸν, διαβάντες ποταμὸν Ἴστρον, ξυμπάσῃ Εὐρώπῃ ἐπέσκηψαν, γεγονὸς μὲν πολλάκις ἤδη, τοσαῦτα δὲ τὸ πλῆθος κακὰ ἢ τοιοῦτα τὸ μέγεθος οὐκ ἐνεγκὸν πώποτε τοῖς ταύτῃ ἀνθρώποις. ἐκ κόλπου γὰρ τοῦ Ἰονίου οἱ βάρβαροι οὗτοι ἅπαντα ἐφεξῆς ἐληΐσαντο μέχρι ἐς τὰ Βυζαντίου προάστεια. καὶ φρούρια μὲν δύο καὶ τριάκοντα ἐν Ἰλλυριοῖς εἷλον, πόλιν δὲ τὴν Κασσάνδρειαν κατεστρέψαντο βίᾳ (ἣν οἱ παλαιοὶ Ποτίδαιαν ἐκάλουν, ὅσα γε ἡμᾶς εἰδέναι) οὐ τειχομαχήσαντες πρότερον. καὶ τά τε
χρήματα ἔχοντες αἰχμαλώτων τε μυριάδας δύο καὶ δέκα ἀπαγό- C

14. Ἴστρον] ἴστρον HL. 16. ἢ] ἤτοι L. 17. Ἰονίου] ἰονείου L. ibid. ἅπαντα L. ἅπαντες P. ἅπαντας Pm. 22. ἀπαγόμενοι] ἐπαγόμενοι HL.

ravi obiicientis; tamen Persas perpetuam, quam appellant, pacem minime rupturos putabant.

4. Eodem tempore Cometes apparuit; initio aequalis longitudine procero homini, deinde multo maior evasit. Eius cauda Occasum, caput Ortum spectabat. Sagittario subiectus positum in Capricorno solem subsequebatur. Eum alii xiphian, quod esset oblongus et mucrone praeacuto inciperet; alii pogonian appellabant. Dies amplius XL. effulsit. Ac variis inter se scissi sententiis viri docti, alius aliud eo sidere portendi praedicebant. Ego vero satis habens scribere quaecunque postea acciderunt, cuique coniecturam inde ad libitum faciendam relinquo. Igitur continuo Hunnorum ingens exercitus traiecto Istro Europae universae incubuit. Id quidem antea saepe factum: at nec tot unquam nec tantae in has oras invectae fuerant calamitates. Etenim ab Ionio sinu ad ipsa Byzantii suburbia continenti cursu omnia populati Barbari, castella in Illyrico XXXII. ceperunt: urbem Casandriam, dictam olim, quantum intelligere possumus, Potidaeam, vi occuparunt, antea soliti murorum oppugnationibus abstinere, et cum opulenta praeda captivorumque centum ac viginti millibus domum omnes obsistente nemine remigrarunt. Post-

μενοι ἐπ᾽ οἴκου ἅπαντες ἀνεχώρησαν, οὐδενὸς σφίσιν ἐναντιώματος ἀπαντήσαντος. χρόνῳ δὲ τῷ ὑστέρῳ πολλάκις ἐνταῦθα γενόμενοι ἀνήκεστα ἐς Ῥωμαίους δεινὰ ἔδρασαν. οἳ δὴ καὶ ἐν Χερρονήσῳ τειχομαχήσαντες, βιασάμενοί τε τοὺς ἐκ τοῦ τείχους ἀμυνομένους καὶ διὰ τοῦ τῆς θαλάσσης ῥοθίου τὸν περίβολον ὑπερβάντες, ὃς πρὸς κόλπῳ τῷ μέλανι καλουμένῳ ἐστὶν, οὕτω τε ἐντὸς τῶν μακρῶν τειχῶν γεγενημένοι καὶ τοῖς ἐν Χερρονήσῳ Ῥωμαίοις ἀπροσδόκητοι ἐπιπεσόντες, ἔκτεινάν τε πολλοὺς καὶ
D *ἠνδραπόδισαν σχεδὸν ἅπαντας. ὀλίγοι δέ τινες καὶ διαβάντες τὸν μεταξὺ Σηστοῦ τε καὶ Ἀβύδου πορθμὸν, ληισάμενοί τε τὰ ἐπὶ τῆς Ἀσίας χωρία καὶ αὖθις ἐς Χερρόνησον ἀναστρέψαντες, ξὺν τῷ ἄλλῳ στρατῷ καὶ πάσῃ τῇ λείᾳ ἐπ᾽ οἴκου ἀπεκομίσθησαν.*
V 287 *ἐν ἑτέρᾳ τε εἰσβολῇ τούς τε Ἰλλυριοὺς καὶ Θεσσαλοὺς ληισάμενοι τειχομαχεῖν μὲν ἐνεχείρησαν ἐν Θερμοπύλαις, τῶν δὲ ἐν τοῖς τείχεσι φρουρῶν καρτερώτατα ἀμυνομένων διερευνώμενοι τὰς περιόδους παρὰ δόξαν τὴν ἀτραπὸν εὗρον ἣ φέρει εἰς τὸ ὄρος ὃ*
P 96 *ταύτῃ ἀνέχει. οὕτω τε σχεδὸν ἅπαντας Ἕλληνας, πλὴν Πελοποννησίων, διεργασάμενοι ἀπεχώρησαν. Πέρσαι δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον τὰς σπονδὰς λύσαντες ἔργα Ῥωμαίους τοὺς ἑῴους εἰργάσαντο ἅπερ ἐγὼ αὐτίκα μάλα δηλώσω. Βελισάριος τῶν Γότθων τε καὶ Ἰταλιωτῶν βασιλέα Οὐίττιγιν καθελὼν ζῶντα ἐς Βυζάντιον ἤνεγκεν. ὅπως δὲ ὁ Περσῶν στρατὸς ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐσέβαλεν, ἐρῶν ἔρχομαι.*

16. *παρὰ δόξαν*] *παρὰ* om. L. 17. *Πελοποννησίων*] *πελοπονησίων* L.

modum etiam crebris eruptionibus Romanos attriverunt. In Chersoneso murum adorti, qui ad Sinum Melanem extructus est, eum qua mari alluitur superaverunt, deiectis propugnatoribus: itaque Muros longos transgressi, facto in Romanos Chersonesi incolas nec opinato impetu, multos vita, reliquos fere omnes libertate privarunt. Nonnulli freto, quod inter Sestum et Abydum est, transito, populati sunt Asiam, revectique in Chersonesum, cum reliquo exercitu cunctaque praeda patriam repetierunt. Altera irruptione Illyrico Thessaliaque vastatis, cum ad Thermopylas manum oppugnandis moenibus admovissent, a custodibus fortissime repulsi, dum viarum anfractus explorant, praeter opinionem invenere tramitem, quo in montem illic eminentem evaditur. Hinc Graecis pene universis, praeter Peloponnesios, deletis remearunt. Persae autem rupta non multo post pace, in Romanos Orientales ea patrarunt, quae mox narrabo. Belisarius Vittigin Gotthorum atque Italiae Regem evertit opibus, vivumque asportavit Byzantium. Iam vero ad dicendum accedo, uti Persarum exercitus in Rom. Imperium irruperit.

Ἡνίκα Χοσρόου πολεμησείοντος Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ᾔσθετο, παραίνεσίν τε ποιεῖσθαί τινα καὶ τῆς ἐγχειρήσεως αὐτὸν ἀπαγαγεῖν ἤθελεν. ἐτύγχανε δέ τις ἐς Βυζάντιον ἥκων ἐκ Δάρας πόλεως, Ἀναστάσιος ὄνομα, δόξαν ἐπὶ ξυνέσει ἔχων, ὃς καὶ τὴν ἐν Δάρας ἔναγχος γενομένην τυραννίδα κατελελύκει. τοῦτον οὖν B τὸν Ἀναστάσιον παρὰ Χοσρόην Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἔπεμψε γράμματα γράψας· ἐδήλου δὲ ἡ γραφὴ τάδε „Ξυνετῶν μὲν ἀνθρώπων ἐστὶ καὶ οἷς τὰ ἐς τὸ θεῖον ἱκανῶς ἤσκηται πολέμου φυομένας αἰτίας, ἄλλως τε καὶ πρὸς ἄνδρας τὰ μάλιστα φίλους, σθένει παντὶ ἀποτέμνεσθαι· ἀξυνέτων δὲ καὶ τὰ τοῦ θεοῦ σφίσιν αὐτοῖς ῥᾷστα ποθουμένων πολέμια μάχης τε καὶ ταραχῆς ἀφορμὰς οὐδαμῆ οὔσας ἐπιτεχνᾶσθαι. εἰρήνην μὲν οὖν καταλύσασιν εἰς πόλεμον ἰέναι οὐδὲν πρᾶγμά ἐστιν, ἐπεὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων τὰ πονηρότατα καὶ τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀτιμοτάτοις εὔκολα τίθεσθαι ἡ τῶν πραγμάτων νενόμικε φύσις. πόλεμον δὲ κατὰ γνώμην διαθεμένῳ αὖθις ἐπὶ τὴν εἰρήνην χωρεῖν ἀνθρώπῳ C οἶμαι οὐ ῥᾴδιον εἶναι. καίτοι σὺ μὲν ἡμῖν γράμματα οὐκ ἐπίτηδες γεγραμμένα ἐπικαλεῖς, ταῦτά τε γνώμῃ αὐτονόμῳ τανῦν ἑρμηνεύειν ἐσπούδακας, οὐχ ᾗπερ ἡμεῖς διανοηθέντες γεγράφαμεν, ἀλλ' ᾗ σοι τὰ βεβουλευμένα ἐπιτελεῖν οὐκ ἄνευ τινὸς παραπετάσματος ἐφιεμένῳ ξυνοίσειν δοκεῖ. ἡμῖν δὲ πάρεστιν Ἀλαμούνδαρον δεικνύναι τὸν σὸν γῆν ἔναγχος καταδραμόντα τὴν ἡμε-

5. κατελελύκει] καταλελύκει L. 16. διαθέμενος L, ω a m. sec. 20. ἐπιτελεῖν] ἐπιμελεῖν LPm.

Ubi cognovit Iustinianus Chosroem bellum cupere, statuit commonere illum et a suscepto abducere. Tunc Dara Byzantium venerat Anastasius commendatae prudentiae vir, qui Darae nuper exortam tyrannidem sustulerat. Hunc Iustinianus Aug. ad Chosroem cum literis misit in hanc sententiam scriptis. *Hominum est cordatorum et impense colentium supremum Numen, belli, praesertim adversus viros amicissimos, pullulantia semina viribus omnibus resecare. Rursus insipientium est ac temere quaerentium bellare cum Deo, inanes causas confingere pugnandi turbandique omnia. Nullo certe negotio possunt foedifragi se in bellum coniicere; quandoquidem ita natura comparatum est, ut vel abiectissimis hominibus via facilis ad studia perversissima pateat: verum qui ex animi sententia bellum semel ingressus fuerit, ei reditum ad pacem non ita facilem esse puto. Tu quidem nobis literas obiicis; quas candide et simpliciter scriptas, arbitratu tuo in eam interpretari sententiam studuisti, non quae scribentibus nobis fuit in mente, sed quam existimas tibi profuturam quaerenti sub aliquo obtentu perficere deliberata. At nos a tuo illo Alamundaro, qui nuper in fines nostros incurrit, commissa pacis tempore atrocia possumus proferre facinora, capta oppida, direptas opes,*

τέραν ἔργα ἐν σπονδαῖς διαπεπρᾶχθαι ἀνήκεστα, χωρίων ἁλώ-
σεις, χρημάτων ἁρπαγὰς, ἀνθρώπων φόνους τε καὶ ἀνδραπο-
δισμοὺς τοσούτων τὸ πλῆθος, ὑπὲρ ὧν σε οὐκ αἰτιᾶσθαι ἡμᾶς,
ἀλλ' ἀπολογεῖσθαι δεήσει. τὰ γὰρ τῶν ἠδικηκότων ἐγκλήματα
D αἱ πράξεις, οὐχ αἱ διάνοιαι, δηλοῦσι τοῖς πέλας. ἀλλὰ καὶ τού-
των τοιούτων ὄντων ἡμεῖς μὲν ἔχεσθαι καὶ ὧς τῆς εἰρήνης ἐγνώ-
καμεν, σὲ δὲ πολεμησείοντα ἐπὶ Ῥωμαίους ἀκούομεν ἀναπλάτ-
τειν αἰτίας οὐδαμόθεν ἡμῖν προσηκούσας. εἰκότως· οἱ μὲν γὰρ
τὰ παρόντα περιστέλλειν ἐν σπουδῇ ἔχοντες καὶ σφόδρα ἐγκειμέ-
H 52 νας ἀποσείονται τὰς ἐπὶ τοὺς φίλους αἰτίας, οὓς δὲ ὁ τῆς φιλίας
οὐκ ἀρέσκει θεσμὸς, καὶ τὰς οὐκ οὔσας ἐφίενται πορίζεσθαι σκή-
ψεις. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐδὲ τοῖς τυχοῦσιν ἀνθρώποις, μή τί γε
δὴ βασιλεῦσι, πρέπειν ἂν δόξειε. σὺ δὲ τούτων ἀφέμενος σκό-
πει μὲν τὸ μέτρον τῶν ἑκατέρωθεν κατὰ τὸν πόλεμον ἀπολουμέ-
νων καὶ τίς ἂν εἴη τῶν ξυμπεσουμένων τὴν αἰτίαν φέρεσθαι δί-
P 97 καιος, λογίζου δὲ τοὺς ὅρκους, οὓς διομοσάμενός τε καὶ τὰ χρή-
ματα κομισάμενος, εἶτα ἀτιμάσας οὐ δέον τέχναις τισὶν ἢ σο-
φίσμασι παραγαγεῖν οὐκ ἂν δύναιο· τὸ γὰρ θεῖον κρεῖσσον ἢ ἐξα-
πατᾶσθαι πέφυκε πρὸς πάντων ἀνθρώπων.“ ταῦτα ἐπεὶ ὁ Χοσ-
ρόης ἀπενεχθέντα εἶδεν, ἐν μὲν τῷ αὐτίκα οὔτε τι ἀπεκρίνατο
οὔτε τὸν Ἀναστάσιον ἀπεπέμψατο, ἀλλ' αὐτοῦ μένειν ἠνάγκαζεν.
B ε'. Ἐπειδὴ δὲ ὁ μὲν χειμὼν ἤδη ὑπέληγε, τρίτον δὲ καὶ
V 288 δέκατον ἔτος ἐτελεύτα Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ τὴν αὐτοκράτορα ἀρ-

13. δόξειε] δόξειεν L. 20. εἶδεν L. οἶδεν P.

tot homines sublatos ferro, tot in servitutem abductos: quae sunt eiusmodi, ut excusare te potius debeas quam nos accusare: siquidem iniquorum iniurias vicinis produnt non cogitata, sed facta. Quae quamvis ita se habeant, nihilominus tamen decrevimus in pace stare; te vero belli cum Romanis gerendi libidine instinctum causas comminisci audimus, quae sine iniuria nobis ascribi nequeunt. Nimirum quibus cordi est rerum praesens tranquillitas, illi de amicis querendi et ab iis dissidendi causas, etiam gravissimas, amoliuntur: secus quibus pacifica displicet amicitiae coagmentatio, in futilibus toti sunt praetextibus comparandis. Verum haec ne plebeios quidem homines videntur decere, nedum Reges. Praeterea animo collige perituros magno utrinque numero dum bellum desaeviet, et in quem culpa futurae calamitatis conferenda iure sit vide. Tecum etiam iusiurandum perpende, quod a te datum, ac deinde, etiam post acceptam pecuniam, inique spretum non potes technis argutiisque eludere. Sapientior profecto Deus est, quam ut sibi a mortalibus imponi sinat. Cum has literas sibi oblatas legisset, nihil subinde rescripsit, nec remisit Anastasium; sed invitum detinuit.

5. Iam exacto cum hyeme anno imperii Iustiniani Aug. XIII. Chosroes Cabadis filius magno instructus exercitu in Rom. fines primo vere

χὴν ἔχοντι, Χοσρόης ὁ Καβάδου ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ στρατῷ μεγάλῳ ἐσέβαλε, τήν τε ἀπέραντον καλουμένην εἰρήνην λαμπρῶς ἔλυεν. ᾔει δὲ οὐ κατὰ τὴν μέσην τῶν ποταμῶν χώραν, ἀλλὰ τὸν Εὐφράτην ἐν δεξιᾷ ἔχων. ἔστι δε τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ θάτερα Ῥωμαίων φρούριον ἔσχατον, ὃ Κιρκήσιον ἐπικαλεῖται, ἐχυρὸν ἐς τὰ μάλιστα ὄν, ἐπεὶ Ἀβόῤῥας μὲν ποταμὸς μέγας ἐνταῦθα τὰς ἐκβολὰς ἔχων τῷ Εὐφράτῃ ἀναμίγνυται, τὸ δὲ φρούριον τοῦτο πρὸς αὐτῇ που τῇ γωνίᾳ κεῖται, ἣν δὴ τοῖν C ποταμοῖν ἡ μίξις ποιεῖται. καὶ τεῖχος δὲ ἄλλο μακρὸν τοῦ φρουρίου ἐκτὸς χώραν τὴν μεταξὺ ποταμοῦ ἑκατέρου ἀπολαμβάνον τρίγωνον ἐνταῦθα ἀμφὶ τὸ Κιρκήσιον ἐπιτελεῖ σχῆμα. διὸ δὴ ὁ Χοσρόης οὔτε φρουρίου ἐθέλων οὕτω δὴ ἐχυροῦ ἀποπειρᾶσθαι οὔτε διαβαίνειν ποταμὸν Εὐφράτην διανοούμενος, ἀλλ' ἐπὶ Σύρους τε καὶ Κίλικας ἰέναι, οὐδὲν διαμελλήσας, ἐπίπροσθεν τὸν στρατὸν ἤλαυνε, τριῶν τε σχεδόν τι ὁδὸν ἡμερῶν εὐζώνῳ ἀνδρὶ παρὰ τοῦ Εὐφράτου τὴν ὄχθην ἀνύσας πόλει Ζηνοβίᾳ ἐπιτυγχάνει· ἣν ἡ Ζηνοβία ποτὲ δειμαμένη τὴν ἐπωνυμίαν τῇ πόλει, ὡς D τὸ εἰκός, ἔδωκεν. ἦν δὲ ἡ Ζηνοβία Ὀδονάθου γυνὴ, τῶν ἐκείνῃ Σαρακηνῶν ἄρχοντος, οἳ Ῥωμαίοις ἔνσπονδοι ἐκ παλαιοῦ ἦσαν. οὗτος ὁ Ὀδονάθης ἀνεσώσατο Ῥωμαίοις τὴν ἑῴαν ἀρχὴν ὑπὸ Μήδοις γεγενημένην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις γεγένηται. Χοσρόης δὲ τότε ἄγχιστά που τῆς Ζηνοβίας ἥκων, ἐπειδὴ τὸ χωρίον οὔτε ἀξιόλογον ἔμαθεν εἶναι καὶ τὴν χώραν κα-

2. ἀπέραντον] ἀπέρατον Suidas s. v. ἀπέρατον. 10. ἀπολαμβάνον] „ἀπολαμβάνοντος Reg.“ Malt. 14. τε L. δὲ P. 21. Μήδοις] μήδους L.

irrupit, pacem perpetuam aperte solvens. Non iter fecit per Mesopotamiam; sed habens a dextra Euphratem, in cuius ripa ulteriori situm est Circesium, ultimum Romanorum castellum, sane munitissimum. Sunt enim hic fauces, per quas Euphrati illabitur Aborrhas, magnus fluvius: ad angulum autem, quem confluens efficit, positum est castellum; idque longo protegitur muro, qui interceptum utroque flumine spatium ita claudit, ut circa Circesium formam triangularem absolvat. Castellum adeo munitum cum nollet tentare Chosroes, neque haberet in animo transire Euphratem, sed Syriam ac Ciliciam petere, nulla interposita mora copias porro egit. Viae tantum ferme emensus secundum ripam Euphratis, quantum triduo vir expeditus conficiat, Zenobiam urbem attigit, sic a Zenobia, quae ipsam condidit, merito appellatam. Fuit autem Zenobia uxor Odonathis Regis Saracenorum in eo tractu degentium, qui veteri foedere coniuncti Romanis erat: et hic ille fuit Odonathes, qui Imperium Orientale Romanis asseruit, devictum a Medis. At haec olim gesta: iam vero Chosroes Zenobiam accedens, postquam intellexit nullius esse

τενόησεν ἀοίκητόν τε καὶ πάντων ἀγαθῶν ἔρημον οὖσαν, δείσας μή πως ὁ χρόνος ἐνταῦθα τριβεὶς πράξεσι μεγάλαις ἐπ' οὐδενὶ ἔργῳ ἐμπόδιος εἴη, ἀπεπειράσατο μὲν τὸ χωρίον ὁμολογίᾳ ἑλεῖν.
P 98 *ὡς δὲ οὐδὲν προὐχώρει, πρόσω κατὰ τάχος τὸν στρατὸν ἤλαυνεν.*

Ὁδόν τε αὖθις τοσαύτην ἀνύσας ἀφίκετο ἐς πόλιν Σούρων, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ ποταμῷ οὖσαν, ἧς δὴ ἀγχοτάτω γενόμενος ἔστη. ἐνταῦθα δὲ τῷ ἵππῳ ξυνέβη, ἐφ' οὗ ὁ Χοσρόης ἐκάθητο, χρεμετίσαι τε καὶ τῷ ποδὶ τὸ ἔδαφος κρούειν. ὃ δὴ οἱ μάγοι ξυμβαλόντες ἁλώσεσθαι τὸ χωρίον ἀπέφαινον. ὁ δὲ στρατοπεδευσάμενος ἐπὶ τὸν περίβολον ὡς τειχομαχήσων τὸ στράτευμα ἐπῆγεν. ἐτύγχανε δέ τις ὄνομα Ἀρσάκης, Ἀρμένιος δὴ γένος, τῶν ἐνταῦθα στρατιωτῶν ἄρχων, ὃς τοὺς στρατιώτας ἐς τὰς ἐπάλξεις ἀναβιβάσας, ἐνθένδε τε μαχόμενος ἰσχυρότατα καὶ πολλοὺς τῶν πολεμίων κτείνας, τοξεύματι βληθεὶς ἐτελεύτησε. καὶ
B *Πέρσαι μὲν τότε (ἦν γὰρ τῆς ἡμέρας ὀψὲ) ὡς αὖθις τῇ ὑστεραίᾳ τειχομαχήσοντες ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ᾖεσαν, Ῥωμαῖοι δὲ ἀπογνόντες, ἅτε τετελευτηκότος σφίσι τοῦ ἄρχοντος, ἱκέται διενοοῦντο Χοσρόου γενέσθαι. τῇ οὖν ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ τὸν τῆς πόλεως ἐπίσκοπον δεησόμενόν τε καὶ τὸ χωρίον ἐξαιτησόμενον ἔπεμψαν, ὃς τῶν ὑπηρετῶν τινας ἐπαγόμενος, ὄρνις τε φέροντας καὶ οἶνον καὶ καθαροὺς ἄρτους, παρὰ Χοσρόην ἀφίκετο, ἐς δὲ τὸ*

5. Σούρων] *σύραν* AH. *Surenorum civitatem* RV. Unde Hoeschelius Σουρηνῶν. 7. ὁ Χοσρόης HL. ὁ om. P. 8. ὃ om. L. 11. δὴ] δὲ H: illud Hm. 16. *τειχομαχήσοντες*] *τειχομαχήσαντες* L. 17. *σφίσι* L. *σφίσιν* P.

momenti oppidum, ac regionem inhabitabilem bonisque omnibus vacuam animadvertit; veritus ne consumpti ibi temporis iactura post lusam stulte operam impedimentum afferret inceptis magnis, potiri oppido deditione tentavit. Ut vidit se frustra esse, exercitum iussit festine progredi.

Cum tantumdem itineris confecisset, Sura pervenit: quae urbs ad Euphratem est sita. Ac proxime forte constiterat, cum equus, cui insidebat, hinnitu edito, solum pede plausit: quod Magi coniectura interpretati, urbem captum iri pronuntiarunt: tum Rex castris positis, exercitum ad muros oppugnandos promovit. Mox praesidii praefectus Arsaces, natione Armenius, militibus ad murorum pinnas iussis conscendere, inde fortissime depugnans, non sine hostium strage, sagitta ictus interiit. Iam diei vesper aderat, ideoque in castra receperunt se Persae, integraturi postridie oppugnationem. Interea Romani, quorum spes cum Duce occiderat, ad Chosroem adire supplices cogitabant. Sequenti die suum Episcopum allegarunt civitatis deprecatorem: qui ministris aves, vinum ac similagineos panes ferentibus comitatus, ubi venit ad Chosroem, humi sese abiiciens lacrymansque supplicavit, parceret misellis

ἔδαφος καθῆκεν αὑτὸν καὶ δεδακρυμένος ἱκέτευε φείδεσθαι ἀνθρώπων οἰκτρῶν καὶ πόλεως Ῥωμαίοις μὲν ἀτιμοτάτης, Πέρσαις δὲ ἐν οὐδενὶ λόγῳ οὔτε τὰ πρότερα γεγενημένης οὔτε ὕστερόν ποτε ἐσομένης· λύτρα τέ οἱ τοὺς Σουρηνοὺς δώσειν σφῶν τε αὐτῶν C καὶ πόλεως ἧσπερ οἰκοῦσιν ἐπαξίως ὑπέσχετο. Χοσρόης δὲ Σου- H 53 ρηνοῖς μὲν χαλεπῶς εἶχεν, ὅτι δὴ αὐτῷ πρῶτοι περιπεπτωκότες V 289 Ῥωμαίων ἁπάντων οὔτε τῇ πόλει ἐδέξαντο ἐθελούσιοι, ἀλλὰ καὶ ἀνταίρειν οἱ ὅπλα τολμήσαντες πολύν τινα δοκίμων Περσῶν ὅμιλον ἔκτειναν. τὴν μέντοι ὀργὴν οὐκ ἐξήνεγκεν, ἀλλ' ὑπὸ τῷ προσώπῳ ἀκριβῶς ἔκρυψεν, ὅπως τὴν κόλασιν ἐς Σουρηνοὺς ποιησάμενος φοβερόν τε Ῥωμαίοις αὐτὸν καὶ ἄμαχόν τινα καταστήσηται. οὕτω γάρ οἱ προσχωρήσειν οὐδενὶ πόνῳ ὑπετόπαζε τοὺς ἐν ποσὶν ἀεὶ γενησομένους. διὸ δὴ ξὺν φιλοφροσύνῃ πολλῇ τὸν ἐπίσκοπον ἐξανέστησε, καὶ τὰ δῶρα δεξάμενος παρείχετό τινα δόκησιν ὡς ἀμφὶ τοῖς Σουρηνῶν λύτροις αὐτίκα κοινολογησό- D μενος Περσῶν τοῖς λογίμοις εὖ τὴν δέησιν διαθήσεται. οὕτω τε ξὺν τοῖς ἑπομένοις τὸν ἐπίσκοπον ἀπεπέμψατο, οὐδεμίαν τῆς ἐπιβουλῆς αἴσθησιν ἔχοντα, καί οἱ τῶν ἐν Πέρσαις δοκίμων τινὰς παραπομποὺς ἐσομένους δῆθεν τῷ λόγῳ ξυνέπεμψεν. οὓς δὴ λάθρα ἐκέλευε μὲν ἰέναι ξὺν αὐτῷ ἄχρι ἐς τὸ τεῖχος, παρηγοροῦντας καί τισιν ἀγαθαῖς ἐπαίροντας ἐλπίσιν, ὥστε αὐτὸν καὶ

1. αὑτὸν] αὐτὸν L. 4. λύτρα] λῦτρα L. 7. οὔτε] Fort. οὐδὲ. 11. αὑτὸν H. αὐτὸν P. *ibid.* καταστήσηται] καταστήσεται L. 15. τοῖς — λύτροις] τὰ — λύτρα Lm. *ibid.* κοινολογησόμενος HL. κοινολογησάμενος P. 16. τε L. δὲ P.

homunculis et urbi Romanis despicatissimae, neque a Persis ullo antea numero habitae, neque umquam habendae postea: spopondit etiam Surenos redemptionis pretium pro modo suo suaeque urbis conditione persoluturos. At Chosroes Surenis graviter offensus erat, quod, cum primi Romanorum essent, in quos incidisset, adeo non accepissent ultro in urbem, ut arma ausi contra tollere, quamplurimos Persarum nobilium peremissent. Iram tamen non prae se tulit; sed diligenter texit oris blanda specie, ut capta in loco de Surenis poena, formidabilem se Romanis atque invictum exhiberet, id se consecuturum ratus, ut obvii quique deditionem primo aditu facerent. Quare Episcopum erexit perhumaniter, et acceptis muneribus hanc illi opinionem iniecit, ratam fore petitionem statim ut sermonem cum Persis primariis de redemptionis pretio contulisset. Itaque Episcopum structae fraudis ignarum cum asseclis remisit, adiunctis etiam, in speciem scilicet, deductoribus e Persica nobilitate nonnullis, quibus clam imperaverat ut cum recreantes alloquio ac bona spe efferentes ad moenia usque comitarentur: quo fieret, ut qui essent in urbe cum ipsum tum eius omnes assectatores laetos vacuosque metu

τοὺς ξὺν αὐτῷ ἅπαντας χαίροντάς τε καὶ οὐδὲν δεδιότας τοῖς ἔνδον ὀφθῆναι. ἐπειδὰν δὲ οἱ φύλακες ἀνακλίναντες τὴν πυλίδα τῆς πόλεως αὐτοὺς μέλλωσι δέχεσθαι, λίθον τινὰ ἢ ξύλον τοῦ τε οὐδοῦ καὶ τῆς θύρας μεταξὺ ῥίψαντας οὐ ξυγχωρεῖν ἐπιτίθεσθαι, P 99 ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοῖς ἐπιθεῖναι βουλομένοις χρόνον δή τινα ἐμποδὼν ἵστασθαι· οὐκ ἐς μακρὰν γὰρ αὐτοῖς τὸν στρατὸν ἕψεσθαι. ταῦτα τοῖς ἀνδράσιν ὁ Χοσρόης ἐντειλάμενος ἐν παρασκευῇ τὸν στρατὸν ἐποιεῖτο, δρόμῳ τε χωρεῖν ἐπὶ τὴν πόλιν, ὅταν αὐτὸς σημήνῃ, ἐκέλευεν. ἐπεὶ δὲ ἄγχιστα τοῦ περιβόλου ἐγένοντο, οἱ μὲν Πέρσαι τὸν ἐπίσκοπον ἀσπασάμενοι ἐκτὸς ἔμενον, οἱ δὲ Σουρηνοὶ περιχαρῆ τὸν ἄνδρα ὁρῶντες γενόμενον ξὺν τιμῇ τε πολλῇ προπεμπόμενον πρὸς τῶν πολεμίων, ἀφροντιστήσαντες δυσκόλων ἁπάντων τήν τε πυλίδα ὅλην ἀνέῳγον καὶ τὸν ἱερέα ξὺν τοῖς ἑπομένοις κροτοῦντές τε καὶ πολλὰ εὐφημοῦντες ἐδέξαντο. ἐπεί τε ἅπαντες εἴσω ἐγένοντο, τὴν μὲν πυλίδα ὡς ἐπιθήσοντες οἱ φύλακες ὤθουν, οἱ δὲ Πέρσαι λίθον, ὃς αὐτοῖς παρεσκεύαστο, ἐν μέσῳ ἐρρίπτουν. οἵ τε φύλακες ἔτι μᾶλλον B ὠθοῦντές τε καὶ βιαζόμενοι ἐξικνεῖσθαι τῇ πυλίδι ἐς τὸν οὐδὸν οὐδαμῇ ἴσχυον. οὐ μὴν οὐδὲ ἀνοιγνύναι αὐτὴν αὖθις ἐτόλμων, ἐπεὶ πρὸς τῶν πολεμίων αὐτὴν ἔχεσθαι ᾔσθοντο. τινὲς δὲ οὐ λίθον, ἀλλὰ ξύλον Πέρσας ἐς τὴν πυλίδα φασὶν ἐμβεβλῆσθαι. οὔπω δὲ Σουρηνῶν σχεδόν τι τῆς ἐπιβουλῆς ᾐσθημένων, παρῆν τε τῷ παντὶ ὁ Χοσρόης στρατῷ καὶ τὴν πυλίδα οἱ βάρβαροι βια-

1. χαίροντας] χαίροντας[τες] L. ibid. τε om. L. 14. κροτοῦντες L. κρατοῦντες P. 22. ᾐσθημένων] αἰσθημένων L. 23. τε HL. δὲ P.

viderent: ubi vero custodes reserata porta pararent illos excipere, ipsi lapide lignove aliquo inter limen ac fores immisso occludi non sinerent, et obdere volentibus aliquandiu obniterentur: mox enim affore dixit exercitum. Cum eos Chosroes instruxisset hisce mandatis, accinxit agmina, iussitque ad urbem concurrere dato signo. Ut proxime muros ventum est, Persae quidem salutato Episcopo stetere foris; Sureni vero cumulatum gaudio virum et ab hostibus perhonorifice deductum conspicientes, difficultatum omnium securi, totas pandunt fores, Praesulemque cum comitatu amplexibus et acclamationibus faustis excipiunt. Cunctis demum ingressis, custodes impellunt valvas, ut claudant: protinus Persae paratum lapidem interiiciunt. Valvas illi obnixius impellere maioremque adhibere vim: at eas neque applicare limini poterant, neque audebant recludere, sentientes portam ab hostibus obsideri, cui quidam non lapidem a Persis, sed lignum inditum fuisse perhibent. Malignum astum Sureni nondum fere deprehenderant, quando adfuit cum universo exercitu Chosroes, ac portam Barbari impressione aperuerunt, mox et vi occuparunt.

σάμενοι ἀνεπέτασαν, δι᾽ ὀλίγου τε κατὰ κράτος ἥλω. εὐθὺς μὲν οὖν θυμῷ ὁ Χοσρόης ἐχόμενος τάς τε οἰκίας ἐληίσατο καὶ τῶν ἀνθρώπων πολλοὺς μὲν κτείνας, τοὺς δὲ λοιποὺς ἅπαντας ἐν ἀνδραπόδων ποιησάμενος λόγῳ πυρπολήσας τε ξύμπασαν τὴν πόλιν ἐς ἔδαφος καθεῖλεν. οὕτω τε τὸν Ἀναστάσιον ἀπεπέμψατο, Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ἀπαγγέλλειν κελεύσας ὅποι ποτὲ γῆς Χοσρόην τὸν Καβάδου ἀπολιπὼν εἴη.

Μετὰ δὲ, εἴτε φιλανθρωπίᾳ εἴτε φιλοχρηματίᾳ ἐχόμενος, C ἢ γυναικὶ χαριζόμενος, ἣν δὴ ἐνθένδε δορυάλωτον ἐξελὼν, Εὐφημίαν ὄνομα, γυναῖκα γαμετὴν ἐποιήσατο, ἔρωτα ἐξαίσιον αὐτῆς ἐρασθεὶς (ἦν γὰρ τὴν ὄψιν εὐπρεπὴς μάλιστα) δρᾶν τι ἀγαθὸν ὁ Χοσρόης τοὺς Σουρηνοὺς ἔγνω. καὶ πέμψας ἐς Σεργιούπολιν, τὴν Ῥωμαίων κατήκοον, ἣ Σεργίου ἐπιφανοῦς ἁγίου ἐπώνυμός ἐστι, πόλεως τῆς ἁλούσης ἓξ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις διέχουσα, κειμένη δὲ αὐτῆς πρὸς ἄνεμον νότον ἐν τῷ βαρβαρικῷ καλουμένῳ πεδίῳ, Κάνδιδον τὸν ταύτῃ ἐπίσκοπον κεντηναρίων δυοῖν δισχιλίους τε καὶ μυρίους ὄντας ὠνεῖσθαι τοὺς αἰχμαλώτους ἐκέλευεν. ὁ δὲ (χρήματα γάρ οἱ οὐκ ἔφασκεν εἶναι) τὴν πρᾶξιν ἄντικρυς ἀνεδύετο. διὸ δὴ αὐτὸν ὁ Χοσρόης ἐν βι- D βλιδίῳ τὴν ὁμολογίαν ἀφέντα τοῦ δώσειν χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ τὰ χρήματα οὕτω δι᾽ ὀλίγων χρημάτων πρίασθαι ἀνδράποδα το- H 54 σαῦτα τὸ πλῆθος Κάνδιδος κατὰ ταῦτα ἐποίει, καὶ τὸ μὲν χρυ-

7. *Καβάδου*] *Καβάδην* Suidas s. v. *ὅποι*. 12. *Σεργιούπολιν*] *Σεργίου πόλιν* P. 15. *κειμένη* APm. *κειμένης* P. 17. *δυοῖν*] *δυεῖν* L. 19. *διὸ δὴ*] *ἤθελεν* addit Pm. *συνεχώρησεν* aut simile verbum ante *οὕτω* inserebat Hoeschelius.

Continuo furibundus Chosroes, direptis domibus, civium multis morte, caeteris servitute mulctatis, urbem flamma funditus delevit, aequavitque solo. Tum denique Anastasium remisit, Iustiniano Aug. renuntiare iussum, ubi terrarum Chosroem Cabadis filium reliquisset.

Post tamen sive humanitate, sive avaritia ductus, aut forte in feminae gratiam (Euphemiae nomen erat) quam e captivis sibi legerat ac iunxerat matrimonio, eius incredibili amore flagrans ob eximiam ipsius formam, statuit beneficium aliquod in Surenos conferre. Ergo mittit Sergiopolin, quae urbs ditionis Romanae a Sergio illustri Divo nomen accepit, et ab urbe capta stadiis CXXVI. abest, in Barbarico, quem vocant, campo ad austrum sita: mittit, inquam, qui a Candido urbis Antistite auri pondo CC. petant in pretium redemptionis XII. M. captivorum. Recusavit aperte Candidus, pecuniae causatus inopiam. Chosroi placuit, ut simul ac sponsionem solvendae postea pecuniae misisset tabulis consignatam, captivorum multitudinem tantam tantulo pretio reciperet. Conditionem accepit Candidus, gravissimoque interposito iureiurando, se in-

σίον ὡμολόγησεν ἐνιαυτοῦ δώσειν, ὅρκους δεινοτάτους ὀμωμο-
κώς, ζημίαν δέ οἱ διώρισεν αὐτῷ ταύτην, ἢν μὴ διδοίη χρόνῳ
τῷ ξυγκειμένῳ τὰ χρήματα, διπλάσια μὲν αὐτὰ δώσειν, αὐτὸν
P 100 δὲ μηκέτι εἶναι ἱερέα, ἅτε τὰ ὀμωμοσμένα ἠλογηκότα. ταῦτα
V 290 Κάνδιδος ἐν γραμματείῳ γράψας τοὺς Σουρηνοὺς ἅπαντας ἔλα-
βεν. ὧν ὀλίγοι μέν τινες διεβίωσαν, οἱ δὲ πλεῖστοι ἀντέχειν
τῇ ξυμπεσούσῃ ταλαιπωρίᾳ οὐχ οἷοί τε ὄντες ὀλίγῳ ὕστερον
διεφθάρησαν. διαπεπραγμένος ταῦτα Χοσρόης πρόσω ἐπῆγε τὸ
στράτευμα.

B ς΄. Ἐτύγχανε δὲ ὀλίγῳ ἔμπροσθεν βασιλεὺς ἀρχὴν τῆς ἕω
τὴν στρατηγίδα διελὼν δίχα, καὶ τὰ μὲν ἄχρι ἐς ποταμὸν Εὐ-
φράτην ἐς τὸ Βελισαρίου ἀπολιπὼν ὄνομα, ὃς ξύμπασαν τὴν ἀρ-
χὴν τὰ πρότερα εἶχε, τὰ δὲ ἐνθένδε μέχρι τῶν Περσικῶν ὁρίων
τῷ Βούζῃ ἐπιτρέψας, ὃν δὴ ἁπάσης ἐπιμέλεσθαι τῆς ἑῴας ἀρ-
χῆς, ἕως Βελισάριος ἐξ Ἰταλίας ἐπανήκοι, ἐκέλευε. διὸ δὴ ὁ
Βούζης ἅπαντα τὸν στρατὸν ἑπόμενον ἔχων τὰ μὲν πρῶτα ἐπὶ
τῆς Ἱεραπόλεως ἔμενεν· ἐπεὶ δὲ τὰ ξυμπεσόντα Σουρηνοῖς ἔμαθε,
ξυγκαλέσας τοὺς τῶν Ἱεραπολιτῶν πρώτους ἔλεξε τοιάδε „Οἷς μὲν
ἐξ ἀντιπάλου τῆς δυνάμεως πρὸς τοὺς ἐπιόντας ὁ ἀγών ἐστιν, εἰς
C χεῖρας τοῖς πολεμίοις ἐκ τοῦ εὐθέος καθίστασθαι οὐδὲν ἀπεικὸς,
οἷς δὲ τῶν ἐναντίων πολλῷ τῷ διαλλάσσοντι καταδεεστέροις ξυμ-
βαίνει εἶναι, μηχαναῖς τισι τοὺς πολεμίους περιελθεῖν μᾶλλον

5. γραμματείῳ] γραμματίῳ L. ibid. ἔλαβεν] ἔλεγεν L. ἔλυσεν Lm.
17. Ἱεραπόλεως] Scribebatur Ἱερᾶς πόλεως hic et p. 101 d. 102 d.
20. εὐθέος Pm. εὐθέως P.

tra annum repensurum aurum promisit. Hanc vero sibi ipse mulctam praestituit; si condicto tempore pecuniam non exolveret, daturum se duplam, et tanquam iuramenti contemptorem, cessurum Episcopatu. Scripto tradita cautione, Surenos omnes Candidus recepit: quorum admodum pauci vitam produxerunt: plerique aerumnis fracti quas toleraverant, paulo post fato functi sunt. His Chosroes transactis, copias ulterius duxit.

6. Non ita pridem bifariam Imperator diviserat militare Magisterium Orientis, et ea parte, quae ad fluvium usque Euphratem pertinet, absenti Belisario, qui integrum gerebat antea Magisterium, relicta, ut eius nomine regeretur; altera, quae inde ad regni Persici fines patet, Buzi commissa; huic eidem universi Orientalis imperii curam ad Belisarii ex Italia reditum demandarat. Quamobrem Buzes secum omnes copias habens, initio quidem Hierapoli morabatur; ubi vero quae contigerant Surenis accepit, Hierapoleos optimatibus convocatis, orationem hanc habuit. *Eos quidem aperte cum hoste congredi nihil vetat, qui aequo Marte pugnare possunt: at quibus copiae sunt multo minores quam adversariis, illos dolo uti praestat, quam adire manifestum discrimen, in-*

ξυνοίσει ἢ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ἀντιτασσομένοις ἐς κίνδυνόν τινα προὖπτον ἰέναι. ἡλίκος μὲν οὖν ἐστιν ὁ Χοσρόου στρατὸς ἀκούετε δήπου. ἢν δὲ αὐτὸς μὲν πολιορκίᾳ ἡμᾶς ἐξελεῖν βούληται, ἡμεῖς δὲ ἀπὸ τοῦ τείχους τὸν πόλεμον διενέγκωμεν, ἡμᾶς μὲν τὰ ἐπιτήδεια λείψειν εἰκὸς, Πέρσας δὲ ἅπαντα ἐκ τῆς ἡμετέρας, οὐδενὸς ἀντιστατοῦντος, κομίζεσθαι. ταύτῃ τε τῆς πολιορκίας μηκυνομένης οὐδὲ διαρκέσειν τὸν περίβολον ταῖς τῶν πολεμίων ἐπιβουλαῖς οἶμαι, ὃν δὴ ἐπιμαχώτατον πολλαχόσε τετύχηκεν εἶναι, καί τι Ῥωμαίοις τῶν ἀνηκέστων ξυμβήσεσθαι. ἢν δέ γε D μοίρᾳ μέν τινι τοῦ στρατοῦ τὸ τῆς πόλεως φυλάξωμεν τεῖχος, οἱ δὲ λοιποὶ τὰς ἀμφὶ τὴν πόλιν ὑπωρείας καταλάβωσιν, ἐνθένδε καταθέοντες πὴ μὲν τὸ τῶν ἐναντίων στρατόπεδον, πὴ δὲ τοὺς τῶν ἐπιτηδείων ἕνεκα στελλομένους ἀναγκάσουσι Χοσρόην αὐτίκα δὴ μάλα λύσαντα τὴν προσεδρείαν τὴν ἀναχώρησιν δι' ὀλίγου ποιήσασθαι, οὔτε τὰς προσβολὰς ἀδεέστερον ἐπάγειν τῷ περιβόλῳ παντελῶς ἔχοντα οὔτε τι τῶν ἀναγκαίων στρατῷ τοσούτῳ πορίζεσθαι. τοσαῦτα ὁ Βούζης εἰπὼν λέγειν μὲν τὰ ξύμφορα ἔδοξεν, ἔπραξε δὲ τῶν δεόντων οὐδέν. ἀπολέξας γὰρ εἴ τι ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατῷ δόκιμον ἦν, ἀπιὼν ᾤχετο. καὶ ὅποι ποτὲ P 101 γῆς ἐτύγχανεν οὔτε τις τῶν ἐν Ἱεραπόλει Ῥωμαίων οὔτε ὁ τῶν πολεμίων στρατὸς μαθεῖν ἴσχυσε. ταῦτα μὲν οὖν ἐφέρετο τῇδε.

2. ἀκούετε APm. ἀκούεται P. 6. ἀντιστατοῦντος] Legebatur ἀντιστρατοῦντος. Conf. p. 103 b. 8. ἐπιβουλαῖς] ἐπιβολαῖς Pm. De Aedif. p. 39 d. τὰς ἐνθένδε τῶν πολεμίων ἐπιβουλὰς ἀπεκρούσατο. et p. 45 d. τὴν Ἱεράπολιν, ἥπερ ἁπασῶν πρώτη τῶν τῇδε πόλεων τυγχάνει οὖσα, λαβὼν ἀποκειμένην τοῖς ἐπιβουλεύειν ἐθέλουσι. p. 47 a. περίβολος — πλείοσιν ἐπιβουλαῖς ὑποκείμενος. 12. πὴ — πὴ] πῇ — πῇ P. 20. οὔτε — οὔτε] οὐδέ — οὐδὲ P.

structam aciem palam opponendo. Certe auditis quantus sit Persarum exercitus: qui si nos obsidione expugnare voluerit, nec velimus ipsi, nisi e moenibus bellum gerere, apparet cibaria nobis defore, dum Persae copiosissimos commeatus ex agris nostris repugnante nemine convectabunt. Ac si duret obsidio, impressionibus hostium non sufficiet, ut opinor, multis in locis infirmissimus murus, et Romani gravem aliquam calamitatem accipient. Sin urbis moenia pars copiarum custodiat, ac caeteri clivos circumpositos occupent; crebris inde tum in castra hostilia, tum in turmas ad parandum commeatum emissas incursionibus, Chosroem profecto cogent soluta actutum obsidione sese recipere: quando nec muros oppugnare sine metu periculi, nec tanto exercitui necessaria poterit comparare. Ex re quidem haec Buzes, ut visum est, dixit; sed ex re nihil fecit. Delecto enim sibi exercitus Romani flore, abiit: nec deinde cuiquam Romanorum, qui substiterant Hierapoli, neque hostibus constare potuit, ubi tandem terrarum esset. Eo loco res ibi erant.

Βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς πυθόμενος τὴν Περσῶν ἔφοδον Γερμανὸν μὲν εὐθὺς τὸν ἀνεψιὸν τὸν αὑτοῦ ξὺν θορύβῳ πολλῷ τριακοσίους ἑπομένους ἔχοντα ἔπεμψε, στρατὸν δέ οἱ οὐκ ἐς μακρὰν ὑπέσχετο πολὺν ἕψεσθαι. ἔς τε Ἀντιόχειαν ὁ Γερμανὸς ἀφικόμενος περιῆλθε τὸν περίβολον ἅπαν κύκλῳ, καὶ αὐτοῦ ἐχυρὰ μὲν ὄντα τὰ πολλὰ ηὕρισκε (τά τε γὰρ ἐν τῷ ὁμαλεῖ ποταμὸς Ὀρόντης παραρρεῖ ξύμπαντα τοῖς ἐπιοῦσιν ἄπορα ἐργαζόμενος καὶ τὰ ἐν τῷ ἀνάντει χωρίοις κρημνώδεσιν ἀνεχόμενα ἐσβατὰ τοῖς
B πολεμίοις ὡς ἥκιστα ἦν), ἐν δὲ τῇ ἄκρᾳ γενόμενος, ἣν δὴ Ὀροκασιάδα καλεῖν οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι νενομίκασιν, ἐπιμαχώτατον κατενόησεν ὂν τὸ κατ' αὐτὴν τεῖχος. πέτρα γὰρ τυγχάνει τις ἐνταῦθά πῃ οὖσα, εὖρους μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἱκανῶς ἔχουσα, ὕψος δὲ ὀλίγῳ τοῦ περιβόλου ἐλασσουμένη. ἐκέλευεν οὖν ἢ τὴν πέτραν ἀποτεμνομένους βαθύν τινα βόθρον ἀμφὶ τὸ τεῖχος ἐργάζε-
H 55 σθαι, μή τις ἐνθένδε ἀναβησόμενος ἐπὶ τὸν περίβολον ἴοι, ἢ πύργον μέγαν τινὰ δειμαμένους ἐνταῦθα τὴν ἀπ' αὐτοῦ οἰκοδομίαν ἐνάψαι τῷ τῆς πόλεως τείχει. ἀλλὰ τοῖς τῶν οἰκοδομιῶν ἀρχιτέκτοσι ποιητέα τούτων ἐδόκει οὐδέτερα εἶναι. οὔτε γὰρ ἐν
V 291 χρόνῳ βραχεῖ ἐπιτελῆ ἔσεσθαι οὕτως ἐγκειμένης τῆς τῶν πολε-
C μίων ἐφόδου, ἀρχόμενοί τε τοῦ ἔργου τούτου καὶ οὐκ ἐς πέρας αὐτοῦ ἐξικνούμενοι οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἢ τοῖς πολεμίοις ἐνδείξονται ὅπῃ ποτὲ τοῦ τείχους σφίσι πολεμητέα εἴη. Γερμανὸς δὲ ταύτης

2. αὑτοῦ] αὐτοῦ P. 5. ἅπαν] ἅπαντα Pm. 6. ἐν om. L. *ibid.* ὁμαλεῖ] ἴσ. ὁμαλῷ Hm. Frustra. 12. πῃ οὖσα] ποιοῦσα L. 21. ἄλλο] ἄλλ' L.

Simul ac nuntium de adventu Persarum audiit Iustinianus Aug. Germanum fratris sui filium raptim atque turbate mittit trecentis militibus stipatum, subsecuturas pollicens multas legiones. Ille ubi Antiochiam pervenit, muros omnes obiit inspexitque, ac munitos maximam partem invenit. Nam quidquid in plano est, fluvius Orontes alluit, transitum ubique negans invadentibus: quod autem in acclivi surgit, cum sit praecipitiis impositum, ab hoste superari ascensu nequit. At in vertice, quem indigenae Orocasiadem vocant, murum animadvertit esse maxime expugnabilem, ob viciniam rupis, cuius latitudo iusta est maiori ex parte, altitudo muro paulo inferior. Itaque imperavit, vel exciso scopulo fossam altam muro praeducerent, ne quis inde ascenderet; vel magnam ibi turrim extruerent, continuoque aedificio connecterent urbis moenibus. Sed visum est architectis neutri manum operi admovendam: neque enim spatio brevi temporis absolutum iri, adventante iam hoste ac tam prope posito: quod si opus inchoarent nec perficerent, hostibus se indicaturos quam in partem muri inferenda sit oppugnatio. Ex eo deiectus consilio Germanus, principio aliquid spei ponebat in exercitu,

δὴ τῆς ἐννοίας σφαλεὶς τὰ μὲν πρῶτα στρατὸν ἐκ Βυζαντίου καραδοκῶν ἐλπίδα τινὰ ἐπ᾽ αὐτῷ εἶχεν. ἐπεὶ δὲ χρόνου τριβέντος συχνοῦ οὔτε τις στρατὸς ἐκ βασιλέως ἀφίκετο οὔτε ὅτι ἀφίξεται ἐπίδοξος ἦν, ἐς δέος ἦλθε μὴ ὁ Χοσρόης πυθόμενος βασιλέως ἀνεψιὸν ἐνταῦθα εἶναι, προυργιαίτερον ἄλλου ὁτουοῦν ποιήσηται Ἀντιόχειάν τε καὶ αὐτὸν ἐξελεῖν, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀφέμενος παντὶ τῷ στρατῷ ἐπ᾽ αὐτὴν ἴοι. ταῦτα καὶ Ἀντιοχεῦσιν ἐν νῷ ἔχουσι βουλήν τε ὑπὲρ τούτων πεποιημένοις D ἀναγκαιότατον ἔδοξε χρήματα προεμένοις Χοσρόῃ οὕτω κίνδυνον τὸν παρόντα διαφυγεῖν.

Μέγαν τοίνυν, τὸν Βεροίας ἐπίσκοπον, ἄνδρα ξυνετὸν (ἐπιχωριάζων γὰρ αὐτοῖς ἐτύγχανε τότε) Χοσρόου δεησόμενον πέμπουσιν, ὃς δὴ ἐνθένδε σταλεὶς καταλαμβάνει τὸν Μήδων στρατὸν Ἱεραπόλεως οὐ μακρὰν ἄποθεν. Χοσρόῃ τε ἐς ὄψιν ἥκων πολλὰ ἐλιπάρει ἀνθρώπους οἰκτεῖραι, οἳ οὔτε τι ἐς αὐτὸν ἥμαρτον οὔτε τῇ Περσῶν στρατιᾷ οἷοί τε ἀντιτείνειν εἰσί. πρέπειν γὰρ ἀνδρὶ βασιλεῖ πάντων ἥκιστα τοῖς ὑποχωροῦσι καὶ οὐδαμῇ ἐθέλουσιν ἀντιτάσσεσθαι ἐπεμβαίνειν τε καὶ βιάζεσθαι, ἐπεὶ οὐδὲ τῶν νῦν δρωμένων βασιλικόν τι οὐδὲ γενναῖον αὐτῷ ἐργα- P 102 σθείη, ὅτι δὴ οὐ παρασχόμενος τῷ Ῥωμαίων βασιλεῖ βουλῆς τινα χρόνον, ὥστε ἢ τὴν εἰρήνην κρατύνασθαι, ὅπη ἂν ἑκατέρῳ δοκοίη, ἢ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ἐκ συνθήκης, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐξαρ-

12. χοσρόου L. Χοσρόην P. 14. Ἱεραπόλεως] Scribebatur Ἱερᾶς πόλεως. 21. ὅπη L. ὅποι P.

quem cupide Byzantio expectabat. At multo inutiliter consumpto tempore, cum nullae ab Augusto copiae venirent, nec venturas esset opinio; vereri coepit ne Chosroes, si Augusti ex fratre nepotem Antiochiae morari sciret, rebus id omnibus praevertendum censeret, ut caperet ipsum cum urbe, atque exin relictis caeteris, exercitum universum eo traduceret. Idem sentientes Antiocheni, deliberatione habita, nihil prius faciendum iudicarunt, quam ut missa Chosroi pecunia praesens discrimen amolirentur.

Igitur Megan Episcopum Beroeensem, singulari prudentia virum, tum agentem Antiochiae, deprecatorem destinant ad Chosroem. Profectus ille ex urbe, prope Hierapolin exercitum Medorum offendit: ubi ad Chosrois conspectum admissus, eum enixe obsecravit, *misereresceret hominum, qui in ipsum nihil unquam peccassent, nec resistere possent Persarum armis: neminem decere minus quam Regem, cedentibus nec repugnare volentibus insilire ac vim inferre: ex iis quae tunc ageret, nec regium quidquam esse nec generosum, propterea quod Rom. Imperatori nihil dedisset spatii ad capiendum consilium aut pacis firmandae ex utriusque sententia, aut belli ex composito, ut consentaneum fuerat, ad-*

τύεσθαι, ἀλλ᾽ οὕτως ἀνεπισκέπτως ἐπὶ Ῥωμαίους ἐν ὅπλοις ἔλ-
θοι, οὔπω τοῦ σφετέρου βασιλέως ἐπισταμένου τὰ παρόντα σφί-
σι. ταῦτα ὁ Χοσρόης ἀκούσας λόγῳ ξυνετῷ τὸν τρόπον ῥυθμί-
ζεσθαι ὑπὸ ἀμαθίας οὐδαμῶς ἴσχυσεν, ἀλλ᾽ ἔτι μᾶλλον τὴν
διάνοιαν ἢ πρότερον ἤρθη. Σύρους τε οὖν ἠπείλησε καταστρέ-
B ψασθαι καὶ Κίλικας πάντας, καί οἱ τὸν Μέγαν ἕπεσθαι κελεύσας
ἐς τὴν Ἱεράπολιν ἐπῆγε τὸ στράτευμα. οὗ δὴ ἀφικόμενός τε καὶ
ἐνστρατοπεδευσάμενος, ἐπειδὴ τόν τε περίβολον ἐχυρὸν ὄντα εἶδε
καὶ στρατιωτῶν ἔμαθε φυλακτήριον διαρκῶς ἔχειν, χρήματα
τοὺς Ἱεραπολίτας ᾔτει, Παῦλον ἑρμηνέα παρ᾽ αὐτοὺς πέμψας.
ὁ δὲ Παῦλος οὗτος ἐτέθραπτό τε ἐν γῇ τῇ Ῥωμαίων καὶ ἐς γραμ-
ματιστοῦ παρ᾽ Ἀντιοχεῦσιν ἐφοίτησεν, ἐλέγετο δὲ καὶ Ῥωμαῖος
γένος τὸ ἐξ ἀρχῆς εἶναι. οἱ δὲ μάλιστα μὲν καὶ ὣς ἀμφὶ τῷ
C περιβόλῳ δειμαίνοντες, χώραν περιβεβλημένῳ πολλὴν μέχρι ἐς
τὸ ὄρος, ὃ ταύτῃ ἀνέχει, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν γῆν ἀδῄωτον ἔχειν
ἐθέλοντες, ὡμολόγησαν ἀργύρου σταθμὰ δισχίλια δώσειν.
τότε δὴ ὁ Μέγας, ὑπὲρ τῶν ἑῴων ἁπάντων Χοσρόην ἱκετεύων
οὐκέτι ἀνίει, ἕως αὐτῷ ὁ Χοσρόης ὡμολόγησε δέκα τε χρυ-
σοῦ κεντηνάρια λήψεσθαι καὶ πάσης ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς Ῥω-
μαίων ἀρχῆς.

5. *τὴν διάνοιαν* L. *τὴν ἄνοιαν* P. *εἰς τὴν ἄνοιαν* Pm. *ibid.* *καταστρέψασθαι*] *καταστρέψεσθαι* Pm. 7. *ἐς τὴν*] *εἰς τὴν* L. *ibid.* *Ἱεράπολιν*] Scribebatur *Ἱερὰν πόλιν*. Conf. ad p. 100 b. *Ἱεράπολιν* apud Photium infra p. 172 c. 11. *ἐς* Suidas s. v. *γραμματιστής*. *εἰς* P. 13. *γένος* om. L. 16. *ἀργύρου*] *ἀργυρίου* Suidas s. v. *ἀδῄωτον* et L a m. sec. Sic p. 103 a. sed *ἀργύρου* p. 113 b. 115 a. 121 d. 18. *ὡμολόγησεν* A.

ornandi; sed improvise Romanos armatus invaderet, nihildum sciente ipsorum principe quem in locum res eorum deductae essent. His Chosroes auditis non potuit prae insolentia animum moderatum sapienti oratione mentiri; sed impotentiori captus amentia, Syriam se totam Ciliciamque subacturum minatus est: tum voluit ut sequeretur Megas ducentem se copias Hierapolin. Quo cum pervenisset, ac metatus castra, muros vidisset validos, urbemque idoneo munitam esse praesidio accepisset; Hierapolitanis per interpretem Paulum pecuniam imperavit. Educatus hic Paulus fuerat inter Romanos, et Antiochiae ludum literarium frequentaverat, Romanus, ut ferebatur, origine. At cives, quoniam muro, qui magnum spatium ad montem usque proximum amplectitur, timebant maxime, et ab agris suis vastitatem avertere cupiebant, argenti libras bis mille pacti sunt. Tunc Megas Chosroi pro Oriente universo supplicare non destitit, donec evicit, ut auri pondo acceptis mille Romano se imperio penitus excessurum sponderet.

ζ'. Οὕτω μὲν οὖν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὅ τε Μέγας ἐνθένδε D
ἀπαλλαγεὶς τὴν ἐπὶ τοὺς Ἀντιοχέας ἤλαυνε καὶ ὁ Χοσρόης τὰ λί-
τρα λαβὼν ἐς Βέροιαν ᾔει. Βέροια δὲ Ἀντιοχείας μὲν καὶ Ἱερα-
πόλεως μεταξὺ κεῖται, δυοῖν δὲ ἡμερῶν ὁδῷ εὐζώνῳ ἀνδρὶ ἑκατέ-
ρας διέχει. ὁ μὲν οὖν Μέγας ξὺν ὀλίγοις τισὶ πορευόμενος ὀξύ-
τερον ᾔει, ὁ δὲ Περσῶν στρατὸς μοῖραν ἀεὶ τὴν ἡμίσειαν τῆς
ὁδοῦ ἤνυεν. τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ ὁ μὲν ἐς Ἀντιόχειαν, οἱ δὲ εἰς
τὸ Βεροίας προάστειον ἦλθον. καὶ χρήματα Χοσρόης τοὺς Βε-
ροιαίους τὸν Παῦλον στείλας εὐθὺς ἔπραττεν, οὐχ ὅσα πρὸς τῶν V 292
Ἱεραπολιτῶν ἔλαβε μόνον, ἀλλὰ καὶ τούτων διπλάσια, ἐπεὶ τὸ
τεῖχος αὐτῆς ἐπιμαχώτατον ὂν πολλαχῇ εἶδε. Βεροιαῖοι δὲ (θαρ- P 103
ρεῖν γὰρ ἐπὶ τῷ περιβόλῳ οὐδαμῇ εἶχον) ξὺν προθυμίᾳ μὲν ὑπε- H 56
δέξαντο ἅπαντα δώσειν, δισχίλια δὲ δόντες ἀργύρου σταθμὰ,
τὰ λειπόμενα διδόναι οὐκ ἔφασαν οἷοί τε εἶναι. ἐγκειμένου τε
σφίσι διὰ ταῦτα Χοσρόου, νυκτὸς ἐπιλαβούσης ἐς τὸ φρούριον
ἅπαντες, ὃ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἐστὶ, κατέφυγον ξὺν τοῖς στρατιώ-
ταις, οἳ δὴ ἐνταῦθα ἐπὶ φυλακῇ ἐτετάχατο. τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ
ἐστέλλοντο μὲν πρὸς Χοσρόου ἐς τὴν πόλιν τινὲς ἐφ' ᾧ τὰ χρή-
ματα λήψονται, οἳ δὲ ἄγχιστά πη τοῦ περιβόλου γενόμενοι κε-
κλεισμένας τὰς πύλας ἁπάσας εὗρον. ἀνθρώπων δὲ οὐδενὶ ἐντυ-
χεῖν ἔχοντες, τῷ βασιλεῖ τὰ παρόντα σφίσιν ἀνήγγελλον. καὶ ὃς B
τῷ τείχει κλίμακας ἐπιθέντας ἀποπειρᾶσθαι τῆς ἀνόδου ἐκέλευεν,

3. Ἱεραπόλεως] Scribebatur Ἱερᾶς πόλεως. 4. δυοῖν] δυεῖν P. 8. Βεροιαίους] βεροιαίας A. 11. αὐτῆς] αὐτοῖς Pm. 13. ἀργύρου] Legebatur ἀργυρίου. 20. ἀνθρώπων A. ἀνθρώπῳ P. 21. ἀνήγγελλον L. ἀνήγγελον P.

7. Eo ipso die profectus Megas, celeriter Antiochiam iter intendit: Chosroes pecunia, qua se Hierapolis redemit, accepta, Beroeam perrexit. Urbs haec inter Antiochiam et Hierapolin sita, eo ab utraque intervallo pariter distat, quod biduo percurrat expeditus viator. Porro Megas paucis comitatus maiora itinera faciebat: dimidio semper minora Persarum exercitus. Itaque die quarto ille Antiochiam, hi Beroeae suburbium attigerunt. Ac pecuniam statim Chosroes a Beroeensibus per Paulum exegit, non modo quantam Hierapolitani dederant, sed altero etiam tanto maiorem; posteaquam moenia multis in locis facillime expugnari posse animadvertit. In quibus Beroeenses cum fiduciae nihil haberent, quidvis prompte prolixeque polliciti sunt. Verum datis librarum argenti duobus millibus, negarunt se esse solvendo quod erat reliquum. Cum autem nihilo secius instaret Chosroes, sequenti nocte in castellum culmini urbis impositum recepere se omnes cum militari praesidio. Postero die a Chosroe missi ad urbem qui pecuniam acciperent, et ad murum progressi, portas omnes offendunt clausas, ac neminem nacti, Regi quo in statu sit res exponunt. Mox ille scalis muro

οἱ δὲ κατὰ ταῦτα ἐποίουν. οὐδενός τε σφίσιν ἀντιστατοῦντος,
ἐντὸς τοῦ περιβόλου γενόμενοι τὰς μὲν πύλας κατ᾽ ἐξουσίαν ἀνέῳ-
γον, ἐδέχοντο δὲ τῇ πόλει τόν τε στρατὸν ἅπαντα καὶ Χοσρόην
αὐτόν. θυμῷ τε πολλῷ ὁ βασιλεὺς ἤδη ἐχόμενος τὴν πόλιν ὀλί-
γου δέοντος ἐνέπρησεν ἅπασαν. ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἀναβὰς ἐπὶ
τὸ φρούριον τειχομαχεῖν ἔγνω. ἐνταῦθα οἱ μὲν Ῥωμαίων στρα-
τιῶται καρτερῶς ἀμυνόμενοι τῶν πολεμίων τινὰς ἔκτεινον, τῷ
δὲ Χοσρόῃ εὐτύχημα μέγα τῷ τῶν πολιορκουμένων ἀξυνέτῳ ξυν-
C έβη γενέσθαι, οἳ δὴ οὐ μόνοι ἐς τὸ φρούριον τοῦτο, ἀλλὰ ξύν
τε τοῖς ἵπποις καὶ ζῴοις τοῖς ἄλλοις κατέφυγον, ταύτῃ τε τῇ σμι-
κρολογίᾳ καταστρατηγηθέντες εἰς κίνδυνον ἦλθον. μιᾶς γὰρ
οὔσης ἐνταῦθα πηγῆς, ἵππων τε καὶ ἡμιόνων καὶ ζῴων ἑτέρων οὐ
δέον αὐτὴν ἐκπεπωκότων, ἀποξηρανθῆναι τὸ ὕδωρ ξυνέβη. Βε-
ροιαίοις μὲν τὰ πράγματα ὧδέ πη εἶχον.

Ὁ δὲ Μέγας εἰς Ἀντιόχειαν ἀφικόμενος, ἀναγγείλας τε ὅσα
οἱ πρὸς Χοσρόην ξυνέκειτο, ἔργῳ ταῦτα ἐπιτελεῖν οὐδαμῇ ἔπειθεν.
ἐτύγχανε γὰρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς Ἰωάννην τε τὸν Ῥουφίνου καὶ
Ἰουλιανὸν τὸν τῶν ἀπορρήτων γραμματέα πρέσβεις παρὰ Χοσ-
ρόην στείλας. ἀσηκρῆτις καλοῦσι τοῦτο τὸ ἀξίωμα Ῥωμαῖοι·
D σήκρητα γὰρ καλεῖν τὰ ἀπόρρητα νενομίκασιν. οἳ δὴ ἐς Ἀντιό-
χειαν ἀφικόμενοι ἔμενον. Ἰουλιανός τε, τῶν πρέσβεων ἅτερος,

1. ἀντιστατοῦντος L. ἀντιστρατοῦντος P. Conf. p. 100 c. 4. θυμῷ — πολλῷ A corr.: θυμοῦ — πολλοῦ pr. 8. ἀξυνέτῳ] οὐ ξυνέτῳ (sic) L. 11. μιᾶς — ἀποξηρανθῆναι] Excerpsit Suidas s. v. δέον. 15. ἀναγγείλας] ἀγγείλας L. 19. ἀσηκρῆτις L et Suidas s. v. γραμματεύς. ἀσηκρήτης P.

applicitis, tentare ascensum iubet. Morem ii gerunt, nec se adversum ferente quoquam, muros occupant: tum libere portas reserant, et exercitum cum ipso Chosroe in urbem admittunt: quam ille pene totam incendit, ira correptus. Ubi vero ad urbis verticem evasit, et castellum coepit oppugnare, Persas quidem aliquot Romani milites, acerrimi propugnatores, interemerunt; nihilominus secundos ei successus attulit obsessorum imprudentia, qui in castellum cum equis aliisque pecudibus sese commiserant. Quo amore rerum nihili sordido victi, in discrimen summum venere. Nam qui unus ibi erat fonticulus, ab equis, mulis, aliisque ebibitus animantibus, cum minime oporteret, exaruit. Eo redactae erant res Beroeensium.

Interea Megas, cum pervenisset Antiochiam, et quas cum Chosroe fecerat pactiones proposuisset, ut in rem conferrentur suadere non poterat. Etenim legatos Chosroi Iustinianus Aug. miserat Ioannem Rufini filium et Iulianum arcanorum scribam (Romani ea dignitate insignem dicunt esse *A secretis:* quo nomine arcana vocant) iique cum Antiochiam venissent, ibi constiterant. Ac Iulianus quidem diserte prohibuit, ne quis

διαρρήδην ἅπασιν ἀπεῖπε χρήματα μὴ διδόναι τοῖς πολεμίοις, μηδὲ τὰς βασιλέως ὠνεῖσθαι πόλεις, ἀλλὰ καὶ τῷ Γερμανῷ διέβαλλε τὸν ἀρχιερέα Ἐφραίμιον, ἅτε τῷ Χοσρόῃ ἐνδοῦναι τὴν πόλιν ἐν σπουδῇ ἔχοντα. διὸ δὴ ὁ Μέγας ἄπρακτος ἀνεχώρησεν. Ἐφραίμιος, ὁ τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος, δείσας τὴν Περσῶν ἔφοδον ἐς Κίλικας ἦλθεν. οὗ δὴ καὶ Γερμανὸς ἀφίκετο οὐ πολλῷ ὕστερον, ὀλίγους μέν τινας ἐπαγόμενος, τοὺς δὲ πλείστους ἐνταῦθα ἐάσας.

Ὁ Μέγας δὲ κατὰ τάχος ἐς Βέροιαν ἥκων περιώδυνός τε τοῖς ξυμπεσοῦσι γενόμενος ᾐτιᾶτο Χοσρόην εἰργάσθαι Βεροιαίους ἀνόσια ἔργα, ὅτι δὴ αὐτὸν μὲν ἐς Ἀντιόχειαν ὡς ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς στείλειε, τῶν δὲ πολιτῶν οὐδὲν τὸ παράπαν ἠδικηκότων P 104 τά τε χρήματα ἐληίσατο καὶ ἠνάγκασε σφᾶς αὐτοὺς ἐν τούτῳ δὴ τῷ φρουρίῳ καθεῖρξαι, οὕτω τε τὴν πόλιν ἐμπρήσας ἐς τὸ ἔδαφος οὐ δέον καθεῖλε. πρὸς ταῦτα ὁ Χοσρόης ἀπεκρίνατο ὧδε „Τούτων μέντοι, ὦ ἑταῖρε, αὐτὸς αἴτιος, ἐνταῦθα ἀναγκάσας ἡμᾶς διατρῖψαι· οὐ γὰρ ἐν τῷ τεταγμένῳ καιρῷ, ἀλλὰ κατὰ πολὺ τούτου γε ὑστερήσας τανῦν ἀφῖξαι. τῶν δὲ σῶν πολιτῶν τὴν ἀτοπίαν τί ἄν τις ἐπὶ πλεῖστον, ὦ βέλτιστε, μακρολογοίη; οἵ γε τακτὸν ἡμῖν ὡμολογηκότες ἀργύριον δώσειν ὑπὲρ τῆς σφῶν αὐτῶν σωτηρίας, οὔπω καὶ νῦν ἐπιτελεῖν οἴονται δεῖν τὰ ξυγκείμενα, ἀλλ' ἀναίδην οὕτω χωρίου ἰσχύϊ θαρσήσαντες περιορῶσιν B ἡμᾶς ὡς μάλιστα ἠναγκασμένους ἐς φρουρίου πολιορκίαν, ὡς

5. Ἐφραίμιος] Adde τε vel δέ. 22. οὕτω] οὕτως L.

daret hosti pecuniam, ab eoque emeret Augusti urbes. Immo vero Ephraemium Pontificem eo nomine apud Germanum insimulavit, quod Chosroi tradere civitatem studeret. His de causis re Megas infecta rediit: Ephraemius Antiochiae Episcopus Persarum adventu territus in Ciliciam concessit: quo etiam paulo post Germanus cum exiguo comitatu pervenit, relicto in urbe maximo suorum numero.

Reversus propere Beroeam Megas, ex iis, quae acciderant, gravissimum dolorem cepit, et cum Chosroe iniuriam expostulavit Beroeensibus illatam per summum scelus, quod cum Antiochiam ipsum misisset pacis causa, ut videbatur, interea ab insontibus civibus extorsisset pecuniam, iisque adactis in castellum se ipsos compingere, urbem contra ius fasque incensam aequasset solo. Ad haec ita Chosroes. *Atqui tu, amice, causam huius calamitatis sustines, quod longiori nos hic mora tenueris. Neque enim dicto die, sed magno intervallo iam solum advenis. Cur vero quisquam, praeclare vir, pluribus tibi explicet tuorum civium insolentiam? qui certam argenti summam nobis pro salute sua polliciti, necdum implenda putent pacta conventa; sed loco munito freti despectent nos impuden-*

ὁρᾷς δήπου, καθίστασθαι. οὕς γε δὴ ἔγωγε ξὺν θεοῖς ἐλπίδα
ἔχω ὀλίγῳ ὕστερον τίσασθαι, καὶ Περσῶν τῶν μοι οὐ δέον πρὸ
τοῦδε τοῦ τείχους ἀπολωλότων τὴν κόλασιν ἐς τοὺς αἰτίους ἐπιτε-
λέσειν.“ ὁ μὲν Χοσρόης τοσαῦτα εἶπεν, ὁ Μέγας δὲ ἀμείβε-
ται ὧδε „Εἰ μὲν, ὅτι βασιλεὺς, ἀνθρώποις οἰκτροῖς τε καὶ ἀτι-
V 293 μοτάτοις ταῦτα ἐπικαλεῖς, σκοπήσειεν ἄν τις, ἀνάγκη μηδὲν
H 57 ἀντιλέγοντα τοῖς εἰρημένοις ὁμολογεῖν· τῇ γὰρ ἐξουσίᾳ τῇ ἄλλῃ
καὶ τὸ τῷ λόγῳ κρατεῖν ἕπεσθαι πέφυκεν· ἢν δέ τῳ ἐξῇ τἄλλα
C ἀποσεισαμένῳ τὸν ἀληθῆ λόγον ἑλέσθαι, οὐδὲν ἂν ἡμῖν, ὦ βασι-
λεῦ, δικαίως ἐπικαλεῖν ἔχοις· ὅπως δὲ, ἅπαντα ἀκούσῃ πρᾴως.
ἐγὼ μὲν γὰρ, ἐπειδὴ ἅπερ Ἀντιοχεῦσιν ἐπήγγειλες, δηλώσων ἐστά-
λην, ἑβδομαῖός σοι ἐς ὄψιν ἥκων (οὗ τί ἂν γενέσθαι δύναιτο
θᾶσσον;) ταῦτά σοι ἐξειργασμένα εἰς πατρίδα τὴν ἐμὴν εὗρον.
οἱ δὲ δὴ πάντων ἤδη τῶν τιμιωτάτων ἐκστάντες, εἶτα ἐς τὸν περὶ
ψυχῆς ἀγῶνα καθίστανται μόνον, κρείσσους, οἶμαι, γεγενημέ-
νοι ἢ σοί τι τὸ λοιπὸν τῶν χρημάτων εἰσφέρειν. τὸ γὰρ ἐκτιννύ-
ναι τι τῶν οὐ παρόντων, ἀνθρώπῳ ἂν οὐδεμία μηχανὴ γένοιτο.
πάλαι δὲ τοῖς ἀνθρώποις εὖ τε καὶ καλῶς διώρισται τὰ τῶν πραγ-
μάτων ὀνόματα· ἐν οἷς καὶ τόδε ἐστὶν, ἀγνωμοσύνης κεχωρίσθαι
D ἀσθένειαν. ἡ μὲν γὰρ τρόπου ἀκολασίᾳ ἐς τὸ ἀντιτείνειν χω-
ροῦσα μισεῖσθαι, ὡς τὸ εἰκὸς, εἴωθεν, ἡ δὲ τῷ τῆς ὑπουργίας

2. δέον] δέον, τῶν H et a m. sec. L. δεόντων Hm et L. 6. ἐπικαλεῖς] ἐπικαλεῖ A. 10. ἔχοις] ἔχεις H: illud Hm. 11. ἐπήγγειλες] ἐπήγγελες A. 12. ἑβδομαῖος] τριταῖος Lm. ibid. ἐς L. εἰς P. 17. οὐδεμία μηχανὴ] οὐδεμιᾷ μηχανῇ Hm.

ter, arcem, ut vides, obsidere coactos. Quos ego, Diis faventibus, brevi me ulturum, ac poenas iniquae caedis Persarum, qui sub his moenibus occubuerunt, ex auctoribus sumpturum confido. Haec locuto Chosroi Megas in hunc modum respondit. *Si quis, dum misera ac vilissima capita his criminibus oneras, Regem te esse attendat; cum certe nihil obloqui, et dictis concedere necesse est. Sic enim est comparatum, ut regiam illam potestatem imperium etiam orationis sequatur. At si cui liceat, omissis caeteris, veritatem in dicendo unam et rationem amplecti, nihil erit, o Rex, quod iure nobis obiicias: tantum benigne audi, quomodo se res tota habuerit. Antiochiam profectus ut mandata tua denuntiarem, iamque die septimo ad te redux (quo quid celerius fieri potuit?) haec in patriam a te meam perpetrata inveni. Cunctis amissis opibus cives pro vita iam una dimicant: postquam illos, opinor, maiori necessitatis vi ipse vallasti, quam ut pervincas, ut residuum quid pecuniae tibi pendant. Nam quod quis non habet, id ut solvat adigi vi nulla potest. Recte omnino sapienterque rerum nomina distinxit antiquitas. Quo in genere istum est: contumaciam ab egestate et impotentia diversam esse. Atque ut contumacia dum proterve resistit, in se odium merito concitat; sic egestas ob*

ἀδυνάτῳ ἐς ταὐτὸ τοῦτο ἐκφερομένη ἐλεεῖσθαι ἱκανῶς πέφυκεν. ἔασον τοίνυν ἡμᾶς ἅπαντα, ὦ βασιλεῦ, κληρωσαμένους τὰ χείριστα τοῦτο γοῦν φέρεσθαι παραμύθιον, τὸ μὴ δοκεῖν τῶν ξυμπεπτωκότων ἡμῖν αὐτοῖς αἰτίοις γενέσθαι. καὶ χρήματα μέν σοι ὅλα, ὅσα λαβὼν ἔχεις, διαρκεῖν οἴου, μὴ τῷ σῷ ταῦτα σταθμώμενος ἀξιώματι, ἀλλὰ τὴν Βεροιαίων σκοπῶν δύναμιν. περαιτέρω δὲ ἡμᾶς βιάζου μηδέν, μή ποτε δόξῃς οἷς ἐγκεχείρηκας ἀδύνατος εἶναι· τὸ γὰρ ὑπερβάλλον ἀεὶ τῷ ἀμηχάνῳ τετίμηται· τὸ δὲ μὴ τοῖς ἀδυνάτοις ἐγχειρεῖν κράτιστον. ταῦτα μὲν οὖν μοι ἀπολελογήσθω ἐν τῷ παραυτίκα ὑπὲρ ἀνδρῶν τῶνδε. ἢν δέ γε τοῖς ταλαιπώροις ξυγγενέσθαι δυνατὸς εἴην, ἔχοιμι ἄν τι καὶ ἄλλο τῶν νῦν με λεληθότων εἰπεῖν." τοσαῦτα τὸν Μέγαν εἰπόντα ὁ P 105
Χοσρόης ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀφῆκεν ἰέναι. ὃς δὴ ἐνταῦθά τε γενόμενος καὶ τὰ ξυμπεσόντα ἀμφὶ τῇ πηγῇ μαθὼν ἅπαντα, δεδακρυμένος τε παρὰ Χοσρόην αὖθις ἀφίκετο. καὶ πρηνὴς κείμενος οὐδὲν μὲν Βεροιαίοις ἰσχυρίζετο ἀπολελεῖφθαι τῶν πάντων χρημάτων, μόνα δέ οἱ τῶν ἀνθρώπων ἱκέτευε χαριεῖσθαι τὰ σώματα. ταῖς τε τοῦ ἀνδρὸς ὀλοφύρσεσιν ὁ Χοσρόης ἡγμένος τὴν δέησιν ἐπιτελῆ ἐποιεῖτο, καὶ διομοσάμενος ἅπασι τοῖς ἐν ἀκροπόλει τὰ πιστὰ ἔδωκε. Βεροιαῖοι δὲ παρὰ τοσοῦτον κινδύνου ἐλθόντες ἀπέλιπόν τε τὴν ἀκρόπολιν ἀπαθεῖς κακοῦ καὶ ἀπιόντες ᾤχοντο ὡς ἕκαστός πη ἐβούλετο. τῶν δὲ στρατιωτῶν ὀλίγοι μὲν

πολιορκίᾳ τὴν πόλιν αἱρήσειν, εἰ μὴ τήν τε σωτηρίαν ὤνιον κτή-
σονται τὰ λύτρα διδόντες καὶ τοὺς στρατιώτας, ὅσους ἐνταῦθα
C ξυμβαίνει εἶναι, ξὺν τῷ ἡγεμόνι ἐκδοῖεν σφίσι. Χαλκιδεῖς δὲ ἐς
δέος μέγα πρὸς ἑκατέρου βασιλέως ἐμπεπτωκότες στρατιώτας μὲν

5. „ἔδοξεν Reg." Malt. ἔδοξαν P. 6. ἄνδρα] αδρέα (sic) L. φθορέα Lm. 18. ἀπειλήσοντα Pm. ἀπειλήσαντα B. 19. εἰ μὴ — διδόντες] Suidas s. v. ὠνίους.

clamat primas concedi Caesari non oportere: tum praecurrentibus imperat equos sustineant, ut deinde a tergo relicti certent. Mos illi gestus: atque ita victoria Chosroi et factioni prasinae cessisse visa est. Ibi Chosrois vultum subiit civis Apamensis, ac de Persa quodam expostulavit, quod suam ingressus domum filiae suae virgini vim attulisset. Quo audito, ira ardens, ad se hominem rapi, adductumque suspendi in castris iubet. Re populus cognita, quam maximum potest clamorem tollit, et ab irato Rege sontem deprecatur. Promisit is quidem se illi facturum gratiam; eundem tamen haud multo post clam in crucem egit. His peractis in ea urbe, cum toto exercitu retro viam convertit.

12. Postquam urbem Chalcidem, Beroea stadiis LXXXIV. dissitam, attigit, denuo pactorum immemor castris non procul a muro positis, Paulum misit, ac per eum Chalcidensibus minatus est, obsessurum se urbem et expugnaturum, nisi aurum pro salute sua rependerent, et quidquid haberent militum, cum Duce traderent. Chalcidenses sibi hinc a Rege,

ἀπώμοσαν ὡς ἥκιστα ἐπιδημεῖν σφίσι, καίπερ ἄλλους τε καὶ Ἀδόναχον τὸν τῶν στρατιωτῶν ἄρχοντα κρύψαντες ἐν οἰκίσκοις τισὶν, ὅπως μὴ τοῖς πολεμίοις ἔνδηλοι ὦσι· χρυσοῦ δὲ κεντηνάρια δύο συλλέξαντες μόλις, ἐπεὶ πόλιν οὐ λίαν εὐδαίμονα ᾤκουν, τῷ τε Χοσρόῃ ζωάγρια δόντες τήν τε πόλιν καὶ σφᾶς αὐτοὺς διεσώσαντο. ἐνθένδε οὐκέτι ὁ Χοσρόης ἐβούλετο τὴν ἀποπορείαν ᾗπερ ἐληλύθει ποιήσασθαι, ἀλλ' Εὐφράτην τε ποταμὸν διαβῆναι καὶ χρήματα ὅτι πλεῖστα ἐκ Μεσοποταμίας ληίζεσθαι. γέφυραν D οὖν ζεύξας ἀμφὶ Ὀββάνης τὸ χωρίον, ὅπερ τοῦ ἐν Βαρβαλισσῷ φρουρίου τεσσαράκοντα σταδίους ἀπέχει, αὐτός τε διέβη καὶ παντὶ τῷ στρατῷ ὡς τάχιστα διαβαίνειν ἐπέστελλεν, ὑπειπὼν μὲν τὴν γέφυραν τρίτῃ ἡμέρᾳ λύσεσθαι, τάξας δὲ καὶ τὸν τῆς ἡμέρας καιρόν. καὶ ἐπεὶ παρῆν ἡ κυρία, τινὰς μὲν τοῦ στρατοῦ ἀπολελεῖφθαι μή πω διαβάντας ξυνέβαινεν, ὁ δὲ οὐδ' ὁτιοῦν ὑπολογισάμενος ἔπεμψε τοὺς τὴν γέφυραν διαλύσοντας. οἵ τε ἀπολειπόμενοι, ὡς ἕκαστός πῃ ἐδύνατο, εἰς τὰ πάτρια ἤθη ἀνέ- P 117 βαινον· τότε δὴ φιλοτιμία τις Χοσρόην ἐσῆλθε πόλιν Ἔδεσσαν ἐξελεῖν. ἐνῆγε γὰρ αὐτὸν ἐς τοῦτο Χριστιανῶν λόγος καὶ ἔδακνεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, ὅτι δὴ ἀνάλωτον αὐτὴν ἰσχυρίζοντο εἶναι ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε.

5 ζωάγρια] ζώγρια Suidas s. h. v. 6. ἐνθένδε] Vulgo ἐνθένδεν. ibid. ἐβούλετο] ἐβουλεύετο Suidas s. v. ἀποπορεία. 7. ποιήσασθαι L cum Suida. Vulgo ποιήσεσθαι. 9. Ὀββάνης] ὀβάνης L. 10. τεσσαράκοντα L. μ' P. 12. δὲ καὶ] καὶ om. L. 14. διαβάντας] διαβάτας L. 16. ἀπολειπόμενοι L. ἀπολιπόμενοι P. ibid. πῃ] ποι L. 17. Ἔδεσσαν Pm et Suidas s. v. ἐνῆγεν. Ἔδεσαν P.

inde ab Imperatore timentes plurimum, iurato affirmant milites apud se nullos esse: quamquam erant, quos cum Adonacho Duce ne ab hoste deprehenderentur, in cellulas quasdam abdiderant. Demum auri pondo cc. vix, ut in urbe tenui, collectis, datoque Chosroi redemptionis pretio, se ac suam civitatem servarunt. Hinc noluit eadem Chosroes reverti via, qua venerat: sed placuit Euphratem traiicere, ut pecuniam quantam maximam posset e Mesopotamia corraderet. Itaque ponte fluvium iunxit ad Obbanen, qui locus stadiis XL a Barbalissi castello distat. Transmissus Chosroes, copiis omnibus ut transitum maturarent edixit, denuntians se die tertio, cuius et horam praefiniit, pontem disturbaturum. Ubi adfuit dictus dies, milites, qui nondum transiissent, nonnulli forte supererant: ille nihilosecius misit, qui pontem revellerent. Hi residui, qua quisque potuit, patriam repetierunt Tunc expugnandae Edessae cogitationem iniecit amor gloriae Chosroi. Ad hoc enim illum incitabat, urebatque ipsius animum vulgatus Christianorum sermo, inexpugnabilem esse eam urbem iactantium hac de causa.

*Αὔγαρος ἦν τις ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ἐδέσσης τοπάρχης
(οὕτω γὰρ τοὺς κατὰ ἔθνος βασιλεῖς τηνικαῦτα ἐκάλουν). ὁ δὲ
Αὔγαρος οὗτος ξυνετώτατος ἐγεγόνει τῶν κατ᾽ αὐτὸν ἀνθρώπων
ἁπάντων, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ βασιλεῖ Αὐγούστῳ ἐς τὰ μάλιστα φί-
λος. ἔνσπονδος γὰρ Ῥωμαίοις εἶναι βουλόμενος ἐς Ῥώμην τε
ἀφίκετο, καὶ τῷ Αὐγούστῳ ἐς λόγους ἥκων οὕτω δὴ αὐτὸν τῆς
ξυνέσεως τῷ περιόντι ἐξέπληξεν ὥστε οὐκέτι αὐτοῦ μεθίεσθαι*
B *Αὔγουστος τῆς ξυνουσίας ἐβούλετο, ἀλλ᾽ ἦν τε αὐτοῦ τῆς ὁμι-
λίας εὐθὺς διάπυρος ἐραστὴς καί, ἐπειδὰν ἐντύχοι, ἀπαλλάσ-
σεσθαι αὐτοῦ οὐδαμῇ ἤθελε. χρόνος οὖν αὐτῷ ἐν ταύτῃ δὴ συ-
χνὸς τῇ ἀποδημίᾳ ἐτρίβη. καί ποτε ἐς ἤθη πάτρια ἐθέλων ἰέναι
πείθειν τε τὸν Αὔγουστον μεθεῖναι αὐτὸν ὡς ἥκιστα ἔχων, ἐπε-
νόει τάδε. ἐστάλη μὲν ὡς κυνηγετήσων ἐς τὰ ἐπὶ Ῥώμης χωρία·*
V 302 *μελέτην γὰρ περὶ ταῦτα κατεσπουδασμένην τινὰ ἐτύγχανεν ἔχων.
περιιὼν δὲ χώραν πολλὴν συχνὰ τῶν ἐκείνῃ θηρίων ζῶντα ἐθήρα,
καὶ χοῦν ἐκ τῆς γῆς ξυναμησάμενος ἔφερεν ἐκ χώρας ἑκάστης·
οὕτω τε ἐπανῆκεν εἰς Ῥώμην, τόν τε χοῦν καὶ τὰ θηρία ἔχων.*
C *ὁ μὲν οὖν Αὔγουστος ἐς τὸν ἱππόδρομον ἀναβὰς ἐκάθητο ᾗπερ
εἰώθει, Αὔγαρος δέ οἱ ἐς ὄψιν ἥκων τήν τε γῆν καὶ τὰ θηρία
ἐπέδειξε, καταλέγων ἐκ ποίας ποτὲ χώρας ἥ τε γῆ ἑκάστη καὶ
τῶν θηρίων τίνα ποτὲ εἴη. ἔπειτα τὴν μὲν γῆν ἄλλην ἄλλῃ τοῦ*
H 65 *ἱπποδρομίου ἐκέλευε θέσθαι, πάντα δὲ ἐς ταὐτὸ τὰ θηρία ξυνα-*

1. *Αὔγαρος*] Eusebius H. E. 1, 13. Hoeschel. *ibid.* *Ἐδέσσης*] *Ἐδέσης* P hic et infra constanter. Recte duplici sigma apud Eusebium. 10. *ἐν* om. L. 15. *περιιὼν*] *περιὼν* L.

Fuit olim Edessae toparcha (sic illis temporibus singularum gentium regulos appellabant) Augarus quidam, vir inter homines aetatis suae prudentissimus, ideoque in primis clarus Augusto Imperatori. Etenim Romam profectus est, icendi foederis gratia cum Romanis: ubi illum ad colloquium Augustus admisit, eximiam viri sapientiam adeo miratus est, ut statim cum eo familiarius agere vehementer cupierit, neque ipsum sit passus a quotidiano secum usu abduci. Certe abeundi veniam petenti abnuit: quo factum est, ut is a patria tunc abfuerit diutissime. Quam aliquando cum ardentius cogitaret, nec dimissionem ab Augusto impetrare posset, hanc artem excogitavit. In suburbanum agrum egressus ad venationem, in qua se peculiari studio exercuerat, magnum tractum obiit, ac vivas ibi cepit complures feras, unaque e singulis locis, in quibus agebant, effodit humum; quam cum feris deferens, Romam rediit. Ingressus autem Circum Augustus in suo consedit solio: tum in conspectum veniens Augarus, terram illi ac feras ostendit, et cuius quaeque terra agri, cuius quaeque fera naturae esset explicuit. Terram deinde aliam alibi disponi in Circo, et feras unum in locum

γαγόντας εἶτα ἀφεῖναι. οἱ μὲν οὖν ὑπηρέται κατὰ ταῦτα ἐποίουν. τὰ δὲ θηρία χωρὶς ἀλλήλων γενόμενα ἐς ἐκείνην ἐχώρει τὴν γῆν, ᾗ δὴ ἐκ τῆς χώρας ὅθεν εἴληπτο ἐτύγχανεν οὖσα. καὶ ὁ μὲν αὐτὸς ἐπὶ πλεῖστον τὰ ποιούμενα ἐς τὸ ἀκριβὲς ἔβλεπε, καὶ ἐθαύμαζέ γε ὅτι δὴ τοῖς ζῴοις ἡ φύσις ἀδίδακτος οὖσα ποθεινὴν ποιεῖται τὴν πάτριον γῆν. Αὔγαρος δὲ αὐτοῦ τῶν γονάτων ἐκ τοῦ αἰφνιδίου λαβόμενος „Ἐμὲ δὲ“ εἶπε „τίνα ποτὲ γνώμην ἔχειν, D ὦ δέσποτα, οἴει, ᾧ γυνή τέ ἐστι καὶ παιδία καὶ βασιλεία βραχεῖα μέν, ἀλλ᾽ ἐν γῇ τῇ πατρῴᾳ;“ καὶ ὃς τῷ ἀληθεῖ τοῦ λόγου ἡσσηθείς τε καὶ βιασθεὶς ἀπιέναι τε ξυνεχώρει οὔτι ἑκούσιος καὶ προσαιτεῖσθαι ἐκέλευεν ὅτου ἂν δέηται. ἐπεὶ δὲ τούτου Αὔγαρος ἔτυχεν, Αὐγούστου ἐδεῖτο ἱπποδρόμιόν οἱ δείμασθαι ἐν πόλει Ἐδέσσῃ. ὁ δὲ ξυνεχώρει καὶ τοῦτο. οὕτω μὲν ἐκ Ῥώμης ἀπαλλαγεὶς Αὔγαρος ἐς Ἔδεσσαν ἦλθε. καὶ αὐτοῦ οἱ πολῖται ἀνεπυνθάνοντο εἴ τι φέρων ἀγαθὸν σφίσιν ἐκ βασιλέως Αὐγούστου ἥκοι. ὁ δὲ ἀποκρινάμενος Ἐδεσσηνοῖς ἐνεγκεῖν ἔφη λύπην τε ἀζήμιον καὶ χαρὰν ἀκερδῆ· τὴν τοῦ ἱπποδρομίου παραδηλῶν τύχην.

Χρόνῳ δὲ ὕστερον πόρρω που ἡλικίας Αὔγαρος ἥκων νόσῳ P 118 ποδάγρας χαλεπῆς τινος ὑπερφυῶς ἥλω. ταῖς γοῦν ὀδύναις ἀχθόμενος καὶ τῇ ἐνθένδε ἀκινησίᾳ ἐπὶ τοὺς ἰατροὺς τὸ πρᾶγμα ἦγεν. ἐκ πάσης τε γῆς ξυνέλεγε τοὺς περὶ ταῦτα σοφοὺς ἅπαντας. ὧν δὴ ὕστερον (οὐ γάρ οἱ ἄκεσίν τινα τοῦ κακοῦ ἐξευρεῖν ἴσχυον) ἀπέστη τε καὶ ἐς ἀμηχανίαν ἐμπεσὼν τύχας τὰς παρούσας ὠδύ-

5. γε om. L. 19. ποδάγρας] ποδάγρης L.

coactas dimitti iubet. Parent famuli: mox aliae alio ferae discedere, et singulae adire terram, quae ex eodem, quo ipsae, agro delata fuerat. Rem diu ac diligenter contemplatus Augustus, demirabatur quod natura nullis praeceptis imbuta, amore soli natalis imbueret animantes. Illico Augarus genua ipsius prensans, *Me vero*, inquit, *domine*, *qua mente esse existimas? cui et uxor est, et liberi, et regnum*, *parvum id quidem*, *sed in patrio solo.* Ille dicti veritate pervictus atque adactus, abeundi potestatem, quamvis invitus, fecit, ac petere iussit quidquid opus haberet. Optati compos Augarus Augustum rogavit, ut sibi Edessae Circum extrueret. Quo etiam impetrato, Roma Edessam venit. Hic cives ex eo quaerere, quid boni ab Augusto Imp. sibi afferret? Quibus ille respondit afferre se *dolorem animi sine damno*, *et gaudium sine lucro:* innuens quae Circi natura esset atque conditio.

Deinde provectum longe aetate Augarum molestissima podagra corripuit: cuius dolores acutos et nusquam movendi se loco necessitatem aegerrime ferens, morbum consilio et curae medicorum permisit, convocatis ad id undique consultissimis quibusque illius artis. Sed iis postmodo, cum nihil remedii invenire possent, renuntiavit: tum nesciens quo

ρετο. ἐπὶ δὲ τὸν χρόνον ἐκεῖνον Ἰησοῦς ὁ τοῦ θεοῦ παῖς ἐν σώματι ὢν τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ ἀνθρώποις ὡμίλει. τῷ τε μηδὲν τὸ παράπαν ἁμαρτεῖν πώποτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀμήχανα ἐξεργάζεσθαι διαφανῶς ἐνδεικνύμενος ὅτι δὴ τοῦ θεοῦ παῖς ὡς ἀληθῶς εἴη· B (νεκρούς τε γὰρ καλῶν ἐξανίστη ὥσπερ ἐξ ὕπνου καὶ πηροῖς τοὺς ὀφθαλμοὺς οὕτω τεχθεῖσιν ἀνέῳγε, σώματός τε ὅλου λεύκας ἐκάθηρε καὶ ποδῶν πήρωσιν ἔλυσε, καὶ ὅσα ἄλλα ἰατροῖς πάθη ἀνίατα ὠνομασμένα ἐστί) ταῦτα ἀπαγγελλόντων Αὔγαρος τῶν ἐκ Παλαιστίνης ἐς τὴν Ἔδεσσαν ἐπιχωριαζόντων ἀκούσας ἐθάρσησέ τε καὶ γράμματα πρὸς τὸν Ἰησοῦν γράψας ἐδεῖτο αὐτοῦ ἀπαλλάσσεσθαι μὲν τῆς Ἰουδαίας καὶ τῶν ἐνταῦθα ἀγνωμόνων ἀνθρώπων, αὐτῷ δὲ τὸ λοιπὸν ξυμβιοτεύειν. ἐπεὶ ταῦτα ὁ Χριστὸς ἀπενεχθέντα εἶδεν, ἀντέγραψε πρὸς τὸν Αὔγαρον, ὡς μὲν οὐκ ἀφίξεται ἄντικρυς ἀπονεύων, τὴν δὲ ὑγίειαν τῷ γράμματι ὑποσχόμενος. φασὶ δὲ καὶ τοῦτο αὐτὸν ἐπειπεῖν, ὡς οὐδὲ ἡ C πόλις ποτὲ βαρβάροις ἁλώσιμος ἔσται. τοῦτο τῆς ἐπιστολῆς τὸ ἀκροτελεύτιον οἱ μὲν ἐκείνου τοῦ χρόνου τὴν ἱστορίαν ξυγγράψαντες οὐδαμῆ ἔγνωσαν· οὐ γὰρ οὖν οὐδέ πη αὐτοῦ ἐπεμνήσθησαν· Ἐδεσσηνοὶ δὲ αὐτὸ ξὺν τῇ ἐπιστολῇ εὑρέσθαι φασὶν, ὥστε ἀμέλει καὶ ἀνάγραπτον οὕτω τὴν ἐπιστολὴν ἀντ᾽ ἄλλου του φυλακτηρίου ἐν ταῖς τῆς πόλεως πεποίηνται πύλαις. γέγονε μὲν οὖν ὑπὸ Μήδοις χρόνῳ τινὶ ὕστερον, οὐχ ἁλοῦσα μέντοι, ἀλλὰ τρό-

14. ἀπονεύων] ἀπολεύων AL. ἀπολέγων Lm. 17. ἀκροτελεύτιον] ἀκρότατον A. γράφεται ἀκροτελεύτιον Am. „ἀκρότατον Reg." Malt. Ἀκροτελεύτιον haud dubie Thucydidis exemplo dixit II, 17. 20. του] τοῦ P.

se verteret, vicem suam lamentabatur. Ea tempestate Iesus Dei filius humano induto corpore cum Palaestinae incolis versabatur, verum se Dei filium cum vita nullius peccati labe contaminata, tum factis, quae mortales vires superabant, manifeste probans. Nam vita functos tanquam e somno voce excitabat: oculos aperiebat caecigenis: a vitiliginibus albis perpurgabat corpora: clauditatem et caetera, quae medici esse dicunt insanabilia, depellebat. Haec ubi Augarus ab iis, qui e Palaestina Edessam commeabant, accepit; confirmavit animum, et per literas Iesum obsecravit, ut a Iudaea atque ingrata natione discederet, ac secum in posterum convivere dignaretur. Postquam literas Christus sibi redditas legit, in eam sententiam rescripsit Augaro, ut plane quidem recusaverit se ad illum conferre, sanitatem vero promiserit. Hoc etiam subiunxisse fama est, urbem semper inexpugnabilem fore Barbaris. Quod postremum epistolae caput eos, qui historiam scripserunt illius temporis, latuit: nusquam enim mentionem eius fecerunt. Id vero literis, quae repertae sunt, contineri Edesseni perhibent: sic sane ut epistolam eo modo exscriptam in portis urbis pro quovis alio munimento posuerint. In Medo-

πω τοιῷδε. ἐπειδὴ τὸ γράμμα τοῦ Χριστοῦ Αὔγαρος ἔλαβε, κα-
κῶν μὲν ὀλίγῳ ὕστερον ἀπαθὴς γέγονε, συχνὸν δὲ τῇ ὑγιείᾳ ἐπι-
βιοὺς χρόνον ἐτελεύτησεν· ὅστις δὲ διεδέξατο τὴν βασιλείαν τῶν
αὐτοῦ παίδων, ἀνοσιώτατος γεγονὼς ἁπάντων ἀνθρώπων, ἄλλα D
τε πολλὰ ἐς τοὺς ἀρχομένους ἐξήμαρτε καὶ τὴν ἐκ Ῥωμαίων δε-
διὼς τίσιν προσεχώρησεν ἑκουσίως Πέρσαις. χρόνῳ δὲ πολλῷ
Ἐδεσσηνοὶ ὕστερον ἀνελόντες τῶν βαρβάρων τοὺς σφίσιν ἐνδη-
μοῦντας φρουροὺς ἐνέδοσαν Ῥωμαίοις τὴν πόλιν. * * * * * * * V 303
αὐτῷ προσποιεῖσθαι ἐπιμελές ἐστι, τεκμαιρόμενος οἷς ἐν τοῖς κατ'
ἐμὲ χρόνοις γέγονεν, ἅπερ ἐν τοῖς καθήκουσι λόγοις δηλώσω. καί
μοί ποτε ἔννοια γέγονεν ὡς εἰ μὴ ταῦτα, ἅπερ ἐρρήθη, ὁ Χρι-
στὸς ἔγραψεν, ἀλλ' ὅτι ἐς τοῦτο δόξης ἄνθρωποι ἦλθον, φυλά-
ξαι διὰ τοῦτο ἀνάλωτον ἐθέλει τὴν πόλιν, ὡς μήποτε αὐτοῖς P 119
πλάνης τινὰ σκῆψιν διδοίη. ταῦτα μὲν οὖν ὅπη τῷ θεῷ φίλον,
ταύτῃ ἐχέτω τε καὶ λεγέσθω.

Χοσρόῃ δὲ τότε προὔργου διὰ ταῦτα ἔδοξεν εἶναι Ἔδεσσαν
ἐξελεῖν. καὶ ἐπεὶ ἐς Βάτνην ἀφίκετο, πόλισμα μὲν βραχὺ καὶ
λόγου οὐδενὸς ἄξιον, ἡμέρας δὲ ὁδῷ Ἐδέσσης διέχον, ἐνταῦθα H 66
μὲν τὴν νύκτα ἐκείνην ηὐλίσατο, ὄρθρου δὲ βαθέος παντὶ τῷ
στρατῷ ἐπὶ τὴν Ἔδεσσαν ἤλαυνε. καὶ αὐτοῖς ξυνέβη πλάνῃ
περιπεσοῦσι τῇ ὑστεραίᾳ ἐς τὸν αὐτὸν αὐλίζεσθαι χῶρον, ὅπερ
αὐτοῖς λέγουσι καὶ δὶς ξυμβῆναι. μόλις δὲ ἄγχιστα Ἐδέσσης γε- B

2. ἐπιβιοὺς] ἐπιβιοὺν (sic) A. 11. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P.
12. ἔγραψεν] ἔγραφεν L. 16. προὔργου Pm. πρoὔργον P.

rum quidem potestatem urbs aliquanto post venit: non quod eam ceperint, sed ita ut dicam. Acceptis a Christo literis Augarus brevi convaluit, ac diu commoda usus valetudine, mortem obiit. E filiis qui successit in regnum, is mortalium omnium sceleratissimus, cum flagitiorum multorum, quae in subditos admiserat, poenam a Romanis metueret, se Persis dedidit. Longo deinde intervallo Edesseni Barbaris, qui apud ipsos praesidium agitabant, sublatis, urbem Romanis tradidere * * * dat operam ut sibi adiungat: id quod ex iis coniicio, quae mea aetate gesta sunt, et a me infra narrabuntur. Ac meum ista animum cogitatio aliquando subiit, a Christo non fuisse scripta quae retuli: quoniam tamen sibi homines persuaserunt urbem in ipsius tutela esse, non pati illum ut ea capiatur, ne quam speciem fraudis et causam erroris praebeat. Verum haec ita se habeant ac dicantur, ut Deo placet.

Ob eam certe famam operae pretium esse Chosroes duxit Edessam expugnare. Qui ubi Batnen pervenit (id parvum et obscurum oppidulum est, ac diei unius iter Edessa distat) noctem ibidem egit. Primo autem diluculo cum universo exercitu Edessam iter intendit: sed errore viarum circumacti posteram noctem eodem in loco duxerunt. Quod bis contigisse, ac tandem Chosroi, cum Edessam vix accessisset, lapso in

νομένῳ Χοσρόῃ ῥεύματός φασιν ἐς τὸ πρόσωπον ἐπιπεσόντος ἐπῆρθαι τὴν γνάθον. διὸ δὴ τῆς μὲν πόλεως ἀποπειρᾶσθαι οὐδαμῆ ἤθελε, Παῦλον δὲ πέμψας χρήματα Ἐδεσσηνοὺς ᾔτει. οἱ δὲ ἀμφὶ τῇ πόλει μὲν δεδιέναι ἥκιστα ἔφασκον, ὅπως δὲ μὴ τοῖς χωρίοις λυμήνηται, ὡμολόγησαν δύο χρυσοῦ κεντηνάρια δώσειν. καὶ ὃς τά τε χρήματα ἔλαβε καὶ διεσώσατο τὰ ξυγκείμενα.

C *ιγ΄. Τότε καὶ γράμματα Χοσρόῃ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς*
ἔγραψεν, ἐπιτελέσειν ὁμολογῶν τά τε αὐτῷ καὶ τοῖς πρέσβεσιν
ἀμφὶ τῇ εἰρήνῃ ξυγκείμενα. ἅπερ ἐπεὶ ὁ Χοσρόης ἀπενεχθέντα
εἶδε, τούς τε ὁμήρους ἀφῆκε καὶ συνεσκευάζετο ἐς τὴν ἄφοδον,
τούς τε Ἀντιοχέων αἰχμαλώτους ἀποδίδοσθαι ἅπαντας ἤθελεν.
ὅπερ Ἐδεσσηνοὶ ἐπειδὴ ἔμαθον, προθυμίαν ἐπεδείξαντο ἀκοῆς
κρείσσω. οὐ γὰρ ἦν οὐδεὶς ὃς οὐ τὰ λύτρα ἐν τῷ ἱερῷ φέρων
D *ὑπὲρ τούτων δὴ τῶν αἰχμαλώτων κατὰ λόγον τῆς οὐσίας κατέ-*
θετο. εἰσὶ δὲ οἷς καὶ μᾶλλον ἢ κατὰ λόγον ταῦτα ἐπράσσετο. αἵ
τε γὰρ ἑταῖραι τὸν κόσμον ἀφελοῦσαι, ὅσος αὐταῖς ἐν τῷ σώματι
ἦν, ἐνταῦθα ἐρρίπτουν, καὶ εἴ τῳ γεωργῷ ἐπίπλων ἢ ἀργυρίου
σπανίζοντι ὄνος ἢ προβάτιον ἦν, τοῦτο δὴ ἐς τὸ ἱερὸν σπουδῇ
πολλῇ ἦγεν. ἀθροίζεται μὲν οὖν χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου καὶ ἄλ-
λων χρημάτων πάμπολυ πλῆθος, δέδοται δὲ ὑπὲρ λύτρων οὐδέν.
P 120 *Βούζης γὰρ ἐνταῦθα παρὼν ἔτυχεν, ὃς διακωλῦσαι τὴν πρᾶξιν*
ὑπέστη, κέρδος οἱ ἔσεσθαι μέγα τι ἐνθένδε καραδοκῶν. διὸ δὴ
ὁ Χοσρόης τοὺς αἰχμαλώτους ἅπαντας ἐπαγόμενος πρόσω ἐχώρει.

22. **ὑπέστη] ὑπήγε L.**

vultum humore malam intumuisse memorant. Quamobrem omisso oppugnandae urbis consilio, Edessenis pecuniam per Paulum imperare satis habuit. Illi quidem nihil se urbi timere iactabant: sed ne agros vastaret, auri pondo cc. pacti sunt. Quae cum accepisset, conventis stetit.

13. Hoc ipso tempore Iustinianus Aug. Chosroi per literas promisit se conditionibus satisfacturum, quibus ille et legati pacem pepigerant. Oblatam sibi epistolam Chosroes simul ac legit, dimisit obsides, seque ad discessum accinxit. Cum autem captivos omnes Antiochenos venales proposuisset, re Edesseni cognita, benevolentiam illis exhibuerunt inauditam. Etenim nemo erat, quin pretium, quo hi captivi redimerentur, in templum pro re sua conferret: immo vero multi plus quam pro suae fortunae modo erogabant. Siquidem meretriculae quidquid gestabant mundi muliebris exuentes, ibi proiiciebant; ac si cui agricolae curta vel supellex vel pecunia erat, is dum asinum aut oviculam haberet, in templum mira alacritate ducebat. Itaque auri et argenti aliarumque rerum vis ingens collecta est; nihil tamen pro captivis redimendis impensum. Nam Buzes, qui illic aderat, lucro inhians, quod inde magnum ad se rediturum putabat, pium consilium intervertere non est veritus. Quare Chosroes captivos secum omnes abducens, porro ire

Καρρηνοὶ δὲ ἀπήντων χρήματα πολλὰ προτεινόμενοι· ὁ δὲ οὐ προσήκειν ἔφασκεν, ὅτι δὴ οἱ πλεῖστοι οὐ Χριστιανοὶ, ἀλλὰ δόξης τῆς παλαιᾶς τυγχάνουσιν ὄντες.

Καὶ μὴν καὶ Κωνσταντινιέων χρήματα διδόντων ἐδέξατο, καίπερ φάσκων οἱ ἐκ πατέρων προσήκειν τὴν πόλιν. ἐπειδὴ γὰρ Καβάδης Ἀμίδαν εἷλεν, Ἔδεσσάν τε καὶ Κωνσταντίναν ἐξελεῖν ἤθελεν. ἀλλ' Ἐδέσσης μὲν ἄγχου γενόμενος τῶν μάγων ἀνεπυν- B θάνετο εἴ οἱ ἁλώσιμος ἡ πόλις ἔσται, δείξας τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὸ χωρίον αὐτοῖς. οἱ δὲ αὐτῷ τὴν πόλιν ἁλώσεσθαι οὐδεμιᾷ μηχανῇ ἔλεγον, τεκμαιρόμενοι, ὅτι δὴ τὴν δεξιὰν αὐτῇ χεῖρα προτείνας οὐχ ἁλώσεως ταύτῃ οὐδὲ ἄλλου ὁτουοῦν χαλεποῦ ξύμβολον, ἀλλὰ σωτηρίας διδοίη. καὶ ὃς ταῦτα ἀκούσας, ἐπείθετό τε καὶ ἐπῆγεν ἐπὶ Κωνσταντίναν τὸ στράτευμα. ἐνταῦθα δὲ ἀφικόμενος ἐνστρατοπεδεύεσθαι παντὶ τῷ στρατῷ ὡς πολιορκήσων ἐπέστελλεν. ἦν δὲ Κωνσταντίνης ἱερεὺς τότε Βαράδοτος, ἀνὴρ δί- V 304 καιός τε καὶ τῷ θεῷ ἐς τὰ μάλιστα φίλος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐνερ- C γοῦσαν ἐς ὅ τι βούλοιτο ἀεὶ τὴν εὐχὴν ἔχων· οὗ καὶ τὸ πρόσωπον ἰδὼν ἄν τις εὐθὺς εἴκασεν ὅτι δὴ τῷ θεῷ ἐνδελεχέστατα κεχαρισμένος ὁ ἀνὴρ εἴη. οὗτος ὁ Βαράδοτος τηνικαῦτα παρὰ τὸν Καβάδην ἐλθὼν οἶνόν τε ἤνεγκε καὶ ἰσχάδας καὶ μέλι καὶ καθαροὺς ἄρτους, καὶ αὐτοῦ ἐδεῖτο μὴ ἀποπειρᾶσθαι πόλεως, ἣ οὔτε λόγου ἀξία ἐστὶ καὶ πρὸς Ῥωμαίων ἀπημέληται λίαν, οὔτε στρα-

22. οὔτε] οὐδὲ P.

perrexit. Obviam processerunt Carrheni: quibus multam pecuniam offerentibus, tali officio supersedendum dixit; propterea quod illi maximam partem non Christiani erant, sed priscam retinebant persuasionem.

A Constantiniensibus oblatum aurum accepit; tametsi eorum oppidum iure paterno suum esse diceret. Cum enim Amidam cepisset Cabades, Edessam quoque et Constantinam voluit expugnare. At ubi propius Edessam venit, intenta dextra urbem commonstrans, quaesivit ex Magis eane potiri posset? Hi nullo modo captum iri illam asseverarunt, ea nixi coniectura, quod porrecta ad locum dextera non expugnationis aliusve cuiuspiam sinistrae rei, at salutis signum dedisset. His auditis fidem habuit Cabades, et Constantinam versus copias duxit. Quo cum pervenisset, castra omnes ad faciendam obsidionem metari iussit. Erat tum temporis Constantinae Praesul Baradotus, singulari vir sanctimonia, ac Deo dilectissimus: quamobrem eius preces ad omnia, quaecunque vellet, impetranda efficaces admodum erant. Cuius vel ipse vultus statim intuentibus persuadebat virum esse, qui plurimum gratia apud Deum valeret. Is tum Cabadem adiit: vinum, caricas, mel ac panes similagineos attulit, et obtestatus est, ut abstineret urbe, quae nullius esset momenti, et valde a Romanis neglecta, nec militare praesidium, nec munimen-

τιωτῶν φρουρὰν ἔχουσα οὔτε ἄλλο τι φυλακτήριον, ἀλλὰ τοὺς
οἰκήτορας μόνους ἀνθρώπους οἰκτρούς. ὁ μὲν ταῦτα εἶπε· Κα-
βάδης δὲ αὐτῷ τήν τε πόλιν χαριεῖσθαι ὡμολόγησε καὶ τοῖς σι-
D τίοις ἐδωρήσατο αὐτὸν ἅπασιν, ὅσα οἱ τῷ στρατοπέδῳ ἐς τὴν
πολιορκίαν ἡτοίμαστο, μεγάλοις ὑπεργυῶς οὖσιν· οὕτω τε ἀπηλ-
λάσσετο ἐκ γῆς τῆς Ῥωμαίων. διὸ δὴ ὁ Χοσρόης ἐκ πατέρων οἱ
προσήκειν ἠξίου τὴν πόλιν.

Ἐς Δάρας τε ἀφικόμενος ἐς πολιορκίαν καθίστατο. ἔνδο-
θεν δὲ Ῥωμαῖοι καὶ Μαρτῖνος ὁ στρατηγὸς, καὶ γὰρ ἐνταῦθα ὢν
ἔτυχε, τὰ ἐς ἀντίστασιν ἐξηρτύοντο. δύο δὲ ἡ πόλις τείχεσι πε-
ριβέβληται, ὧν τὸ μὲν ἐντὸς μέγα τε καὶ ἀξιοθέατον ἀτεχνῶς
ἐστιν (ἐς ὕψος γὰρ διήκει πύργος μὲν ἕκαστος ποδῶν ἑκατὸν, τὸ
δὲ ἄλλο τεῖχος ἑξήκοντα), τὸ δὲ ἐκτὸς πολλῷ μὲν ἔλασσον συμ-
βαίνει εἶναι, ἄλλως δὲ ἐχυρόν τε καὶ λόγου πολλοῦ ἄξιόν ἐστι.
P 121 τὸ δὲ μεταξὺ χωρίον εὖρος οὐχ ἧσσον ἢ πεντήκοντα ἔχει ποδῶν·
ἐνταῦθα εἰώθασι Δαρηνοὶ τούς τε βόας καὶ τἄλλα ζῷα πολεμίων
σφίσιν ἐγκειμένων ἐμβάλλεσθαι. τὰ μὲν οὖν πρῶτα ὁ Χοσρόης
H 67 προσβολὴν ποιησάμενος ἐς τὰ πρὸς ἑσπέραν τοῦ περιβόλου, πλή-
θει τε βελῶν βιασάμενος τὰς πύλας τείχους τοῦ βραχέος ἐνέπρη-
σεν. ἐντὸς μέντοι γενέσθαι οὐδεὶς τῶν βαρβάρων ἐτόλμησεν.
ἔπειτα δὲ κατώρυχα ποιεῖσθαι λάθρα ἐς τὰ πρὸς ἕω τῆς πόλεως
ἔγνω. ταύτῃ γὰρ μόνον ὀρύσσεσθαι ἡ γῆ οἵα τέ ἐστιν, ἐπεὶ τὰ
ἄλλα τοῦ περιβόλου ἐπὶ πέτρας τοῖς δειμαμένοις πεποίηται. οἱ

1. οὔτε] οὐδὲ P. 21. ἔπειτα] ἐπεὶ L.

tum quodpiam, sed viles tantum ac miseros incolas haberet. Sic locuto, recepit Cabades condonaturum se urbem; et cibaria, quaecunque in castris ad obsidionem comparata fuerant, copiosissima sane, eidem largitus, e finibus Rom. excessit. Eam ob causam Chosroes urbem iure paterno ad se pertinere contendebat.

Ubi Daram pervenit, eam cinxit obsidione, dum intus Romani cum Martino Duce (hic enim forte aderat) necessaria defensioni expediunt. Circumdata est urbs muro duplici. Ac murus quidem interior longe eminet, visendus merito: cuiusque enim turris altitudo ad c. pedes; reliqui muri ad LX. evadit. Alter vero, quo ille praetexitur, multo quidem humilior est; at firmissima structura constat, et momenti plurimum habet. Interiectum spatium non minus L. pedibus patet in latitudinem: eoque solent Dareni boves aliasque pecudes sub hostium adventum compellere. Ac primum Chosroes facta in moenia, qua Occasum spectant, impressione, et deiectis magna sagittarum vi custodibus, portam minoris muri incendit: intro tamen ferre pedem Barbarorum nemo est ausus. Deinde statuit ad Orientale urbis latus cuniculum agere: hac enim una in parte patitur ligonem terra: alibi moenia super solida rupe stant. Ergo Per-

γοῦν Πέρσαι ἀπὸ τῆς τάφρου ἀρξάμενοι ὤρυσσον. ἧς δὴ βαθείας κομιδῆ οὔσης οὔτε καθεωρῶντο πρὸς τῶν πολεμίων οὔτε αὐτοῖς B τινα αἴσθησιν τοῦ ποιουμένου παρείχοντο. ἤδη μὲν οὖν ὑπέδυσαν τὰ θεμέλια τοῦ ἐκτὸς τείχους, ἔμελλον δὲ καὶ κατὰ τὴν μεταξὺ χώραν ἑκατέρου περιβόλου γινόμενοι ὀλίγῳ ὕστερον καὶ τὸ μέγα τεῖχος ἀμείψαντες τὴν πόλιν κατὰ κράτος ἑλεῖν, ἀλλ' (οὐ γὰρ αὐτὴν ἔδει Πέρσαις ἁλῶναι) εἷς ἐκ τοῦ Χοσρόου στρατοπέδου ἀμφὶ ἡμέραν μέσην ἄγχιστά πη τοῦ περιβόλου μόνος ἀφίκετο, εἴτε ἄνθρωπος ὢν εἴτε τι ἄλλο ἀνθρώπου κρεῖσσον, δόξαν τε τοῖς ὁρῶσι παρείχετο, ὅτι δὴ τὰ βέλη ξυλλέγοι, ἅπερ ἐκ τοῦ τείχους Ῥωμαῖοι ὀλίγῳ πρότερον ἐπὶ τοὺς ἐνοχλοῦντας βαρβάρους ἀφῆκαν. ταῦτά τε ποιῶν καὶ τὴν ἀσπίδα προβεβλη- C μένος ἐρεσχελεῖν τε τοὺς ἐν ταῖς ἐπάλξεσι καὶ ξὺν γέλωτι τωθάζειν ἐδόκει. εἶτα φράσας αὐτοῖς τὸν πάντα λόγον ἐγρηγορέναι πάντας ἐκέλευε καὶ ὡς ἔνι μάλιστα τῆς σωτηρίας ἐπιμελεῖσθαι. καὶ ὁ μὲν ταῦτα σημήνας ἀπιὼν ᾤχετο, Ῥωμαῖοι δὲ τὰ ἐν μέσῳ τείχους ἑκατέρου θορύβῳ πολλῷ καὶ ταραχῇ ἐκέλευον σκάπτειν. καὶ Πέρσαι μέντοι οὐκ εἰδότες τὰ πρασσόμενα οὐδέν τι ἧσσον ἔργου εἴχοντο. τῶν μὲν οὖν βαρβάρων ὀρθήν τινα ἔνερθεν ποιουμένων ὁδὸν ἐπὶ τὸ τῆς πόλεως τεῖχος, τῶν δὲ Ῥωμαίων Θεοδώρου γνώμῃ ἐπὶ σοφίᾳ τῇ καλουμένῃ μηχανικῇ λογίου ἀνδρὸς, ἐγκαρσίαν τε τὴν διώρυχα ἐργαζομένων καὶ βάθους ἱκανῶς ἔχουσαν, ξυνέβη Πέρσας κατὰ μέσον τοῖν περιβόλοιν γεγενημένους ἐκ τοῦ D

2. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 5. ὀλίγῳ] ὀλίγῳ δὲ P. ὀλίγῳ [illegible] L. 12. ἀφῆκαν L. ἀφῆκε H. ἀφήκασι P. 20. Ῥωμαίων τε P. Delevi τε.

sae ducto operis a fossa initio, humum egerebant, eaque altissime excavata, latebant hostem, et occulta molitione fallebant. Iamque ad exterioris muri fundamenta subierant, ac prope erat ut spatium penetrarent intermurale, mox et ultra murum magnum illapsi, urbem vi caperent. At quoniam id fixum erat, ut illa a Persis non caperetur, quidam e castris Chosrois circa meridiem ad moenia solus accessit, sive is homo, sive quid homine maius fuerit: ac spectantibus visus est tela colligere, quae paulo ante e muro Romani miserant in Barbaros, qui negotium facessebant. Interea scuto protectus eos, qui stabant ad pinnas, ridere et cavillis videbatur incessere. Sed postea Persarum consilium plane enuntiavit, atque omnes hortatus est ut invigilarent, et quoad eius fieri posset saluti providerent: quibus significatis, abiit. Tum fossores intermurali solo adhibiti sunt a Romanis cum tumultu multo ac perturbatione instantibus: Persae inscii nihilo segnius propositum urgebant. Ita dum illinc Persae rectam prorsum ad moenia sub terra viam, hinc Romani transversam et iustae altitudinis fossam, Theodori machinarii peritissimi ductu moliuntur, contigit, ut progressi ad murorum interstitium Persae, in Romano-

αἰφνιδίου ἐμπεσεῖν ἐς τὴν Ῥωμαίων κατώρυχα. καὶ αὐτῶν τοὺς μὲν πρώτους Ῥωμαῖοι ἔκτειναν, οἱ δὲ ὄπισθεν φυγόντες κατὰ τάχος ἐς τὸ στρατόπεδον διεσώθησαν. διώκειν γὰρ αὐτοὺς ἐν σκότῳ Ῥωμαῖοι οὐδαμῇ ἔγνωσαν. ταύτης οὖν τῆς πείρας ὁ Χοσρόης ἀποτυχὼν ἑλεῖν τε τὴν πόλιν μηχανῇ τὸ λοιπὸν οὐδεμιᾷ ἐλπίσας τοῖς πολιορκουμένοις ἐς λόγους ἦλθε, χίλιά τε κεκομισμένος ἀργύρου σταθμὰ ἐς τὰ Περσῶν ἤθη ἐχώρει. ταῦτα ἐπεὶ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἔμαθεν, οὐκέτι τὰ ξυγκείμενα ἐπιτελῆ ποιήσειν ἤθελεν, ἐπικαλῶν Χοσρόῃ ὅτι δὴ πόλιν Δάρας ἐν σπονδαῖς ἐξελεῖν ἐνεχείρησε. ταῦτα μὲν ἐν τῇ πρώτῃ Χοσρόου ἐσβολῇ Ῥωμαίοις ξυνέβη, καὶ τὸ θέρος μὲν ἐτελεύτα.

P 122 V 305 ιδ'. Ὁ δὲ Χοσρόης πόλιν ἐν Ἀσσυρίοις δειμάμενος ἐν χώρᾳ Κτησιφῶντος πόλεως διέχοντι ἡμέρας ὁδῷ, Ἀντιόχειάν τε τὴν Χοσρόου αὐτὴν ἐπωνόμασε καὶ Ἀντιοχέων τοὺς αἰχμαλώτους ἐνταῦθα ξυνῴκισεν ἅπαντας, οἷς δὴ βαλανεῖόν τε καὶ ἱπποδρόμιον κατεσκεύαζε καὶ ταῖς ἄλλαις τρυφαῖς ἀνεῖσθαι ἐποίει. τούς τε γὰρ ἡνιόχους καὶ τοὺς τῶν μουσικῶν ἔργων τεχνίτας ἔκ τε Ἀντιοχείας καὶ τῶν ἄλλων Ῥωμαϊκῶν πόλεων ξὺν αὐτῷ ἦγεν. ἔτι μέντοι καὶ δημοσίᾳ τοὺς Ἀντιοχέας τούτους ἐπιμελεστέρως ἢ κατὰ
B αἰχμαλώτους ἐσίτιζεν ἐς πάντα τὸν χρόνον, καὶ βασιλικοὺς καλεῖσθαι ἠξίου, ὥστε τῶν ἀρχόντων οὐδενὶ ὑποχειρίους εἶναι ἢ βασιλεῖ μόνῳ. εἰ δέ τις καὶ τῶν ἄλλων Ῥωμαίων δραπέτης γεγονὼς ἐς Ἀντιόχειαν τὴν Χοσρόου διαφυγεῖν ἴσχυσε, καί τις αὐτὸν

12. χώρα HL. χώρῳ P. 18. αὐτῷ] αὐτφ L. 23. αὐτὸν] αὐτῶν HL. ἴσ. αὐτὸν Hm.

rum foveam improviso deciderint. Caesi statim a Romanis primi: qui sequebantur, quam celerrime ad castra evaserunt incolumes; cum eos Romani in tenebris persequi noluissent. Post conatum hunc irritum, spem omnem Chosroes capiendae urbis abiecit: hinc habito cum obsessis colloquio, et acceptis mille argenti libris, in Persidem remigravit. Factus de his certior Iustinianus Aug. pacta conventa noluit in rem conferre, incusans eo nomine Chosroem, quod post compositam pacem expugnare Daram tentasset. Ea demum Romanis acciderunt in prima Chosrois irruptione: tum aestas exiit.

14. Chosroes autem in quodam Assyriae loco, qui ab urbe Ctesiphonte diei iter unius abest, urbem condidit, ac de nomine suo dictam Chosroantiochiam universa Antiochensium captivorum multitudine frequentavit. Quibus et balneum et Circum extruxit, caeterasque delicias benignissime providit. Nam aurigas et musicos cum Antiochia, tum ex aliis Romanae ditionis civitatibus secum duxerat. Quin etiam de publico Antiochenos istos prolixius, quam captivorum conditio posceret, semper aluit, ac Regios voluit appellari, ita ut potestate Satraparum exempti, uni Regi parerent. Ex aliis vero servis Romanis siquis Chosroantio-

ξυγγενῆ τῶν ταύτῃ ᾠκημένων ἐκάλεσεν, οὐκέτι ἐξῆν τῷ κεκτημένῳ τὸν αἰχμάλωτον τοῦτον ἀπάγειν, οὐδ' ἂν τις τῶν λίαν ἐν Πέρσαις δοκίμων ὁ τὸν ἄνθρωπον ἐξανδραποδίσας τυγχάνοι.

Ἀντιοχεῦσι μέντοι τὸ ξυμβὰν ἐπὶ Ἀναστασίου βασιλεύοντος τέρας ἐς τοῦτο ἀποβὰν ἐτελεύτησε. τότε γὰρ ἀνέμου σκληροῦ Δάφνῃ τῷ προαστείῳ ἐκ τοῦ αἰφνιδίου ἐπιπεσόντος τῶν κυπαρίσσων C αἳ ταύτῃ ὑψηλαὶ ἀτεχνῶς ἦσαν ἐκ ῥιζῶν τῶν ἐσχάτων ἀνατραπεῖσαι ἐς τὴν γῆν ἔπεσον, ἅσπερ ὁ νόμος ἐκτέμνεσθαι οὐδαμῆ εἴα. ὀλίγῳ μὲν οὖν ὕστερον, ἡνίκα Ἰουστῖνος Ῥωμαίων ἦρχε, σεισμός τις ἐπιγενόμενος ἐξαίσιος λίαν τήν τε πόλιν κατέσεισε πᾶσαν καὶ τῶν οἰκοδομημάτων τά τε πλεῖστα καὶ κάλλιστα ἐς τὸ ἔδαφος εὐθὺς ἤνεγκε, καὶ λέγονται τότε τριάκοντα μυριάδες Ἀντιοχέων H 68 ἀπολωλέναι. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ ἁλώσει ξύμπασα ἡ πόλις, ὥσπερ μοι ἐρρήθη, διέφθαρται. τὸ μὲν οὖν Ἀντιοχέων πάθος D τῇδε ἐχώρησε.

Βελισάριος δὲ βασιλεῖ ἐς Βυζάντιον ἐξ Ἰταλίας μετάπεμπτος ἦλθε, καὶ αὐτὸν διαχειμάσαντα ἐν Βυζαντίῳ στρατηγὸν ἐπί τε Χοσρόην καὶ Πέρσας ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ βασιλεὺς ἔπεμψεν ἄρχοντάς τε τοὺς ἐξ Ἰταλίας ξὺν αὐτῷ ἥκοντας, ὧν δὴ ἕνα Βαλεριανὸν ἡγεῖσθαι τῶν ἐν Ἀρμενίοις καταλόγων ἐκέλευε. Μαρτῖνος γὰρ ἔτυχεν εὐθὺς εἰς τὴν ἑῴαν σταλείς, καὶ διὰ τοῦτο Χοσρόης P 123 αὐτόν, ὡς προδεδήλωται, ἐς Δάρας εὗρε. τῶν δὲ Γότθων

2. ἂν] ἦν L. 8. ἐς] εἰς L. 10. κατέσεισε L. κατέσεισεν P. 14. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P.

chiam confugeret, atque eum civis aliquis consanguineum suum vocaret, inde iam hero servum illum abducere nefas erat; quamvis cuipiam e Persarum primoribus mancipatus esset.

Hic porro exitus longo consecutus est intervallo portentum illud, quod Anastasii principatu Antiochenis acciderat. Tunc enim vehemens in suburbium Daphnen coortus repente ventus ab radicibus eruit stravitque procerissimas cupressos, quas ne quis excideret prohibitum edicto fuerat. Paulo post, cum Iustinus Romanis imperaret, maximo terrae motu conquassata urbe, plurima praeclarissimaque aedificia momento corruerunt, et fama obtinet interiisse tunc temporis Antiochenorum tercentum milia. Iam vero capta civitas funditus, ut a me dictum est, periit. Ita demum se habuit Antiochena clades.

Ex Italia revocatus ab Imperatore Belisarius Byzantium venit. Ibi traducta hieme, ineunte vere Augustus illum adversus Chosroem Persasque misit, summo cum imperio belli, una cum Ducibus, qui ipsum secuti fuerant ab Italia redeuntem. Ex iis Ducibus unum Valerianum militaribus Armeniae numeris praefecit; quoniam Martinus ipso statim initio belli se in Orientem contulerat: unde factum, quod supra monui, ut Chosroes ipsum Darae offenderit. E Gotthis unus Vittigis Byzantii sub-

Οὐίττιγις μὲν ἐν Βυζαντίῳ ἔμεινεν, οἱ δὲ λοιποὶ ξύμπαντες ἐπὶ
Χοσρόην σὺν Βελισαρίῳ ἐστράτευσαν. τότε τῶν Οὐιττίγιδος
πρέσβεων ἅτερος μὲν, ὅσπερ τοῦ ἐπισκόπου ὀνόματος ἐπεβάτευεν,
ἐν τοῖς Περσῶν ἤθεσι θνήσκει, ὁ δὲ δὴ ἕτερος αὐτοῦ ἔμεινεν.
ὅστις δὲ αὐτοῖς ἑρμηνεὺς εἵπετο, ἀνεχώρησεν ἐς Ῥωμαίων τὴν
γῆν. καὶ αὐτὸν Ἰωάννης, ὃς τῶν ἐν Μεσοποταμίᾳ στρατιωτῶν
ἦρχεν, ἀμφὶ τὰ Κωνσταντίνης ὅρια ξυλλαβὼν ἔς τε τὴν πόλιν
B εἰσαγαγὼν ἐν δεσμωτηρίῳ καθεῖρξεν, ὅσπερ οἱ ἐνταῦθα ἅπαντα
ἀναπυνθανομένῳ τὰ πεπραγμένα ἐξήνεγκε. ταῦτα μὲν οὖν τῇδε
ἐχώρησε. Βελισάριος δὲ ξὺν τοῖς ἑπομένοις κατὰ τάχος ᾔει, προ-
τερῆσαι ἐν σπουδῇ ἔχων, πρίν τινα ὁ Χοσρόης ἐσβολὴν αὖθις
ποιήσεται ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν.

V 306 C ιε΄. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Χοσρόης ἐπὶ Κολχίδα τὸν στρατὸν ἦγε,
Λαζῶν αὐτὸν ἐπαγομένων ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Λαζοὶ τὰ μὲν
πρῶτα γῆν τὴν Κολχίδα ᾤκουν, Ῥωμαίων κατήκοοι ὄντες, οὐ
μέντοι ἐς φόρου ἀπαγωγὴν, οὐδέ τι ἄλλο ἐπαγγέλλουσιν αὐτοῖς
ἐπακούοντες, πλήν γε δὴ ὅτι, ἐπειδὰν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς τελευ-
τήσειε, ξύμβολα τῆς ἀρχῆς τῷ διαδεξομένῳ τὴν βασιλείαν ὁ Ῥω-
μαίων βασιλεὺς ἔπεμπε. τὰ δὲ τῆς χώρας ὅρια ξὺν τοῖς ἀρχομέ-
νοις ἐς τὸ ἀκριβὲς διεφύλασσεν, ὅπως δὴ μὴ Οὖννοι πολέμιοι ἐξ
ὄρους τοῦ Καυκάσου, ὁμόρου σφίσιν ὄντος, διὰ Λαζικῆς πο-
ρευόμενοι ἐσβάλλωσιν ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων. ἐφύλασσον δὲ οὔτε
D αὐτοὶ χρήματα ἢ στρατιὰν πρὸς Ῥωμαίων δεχόμενοι οὔτε Ῥω-

2. *Οὐιττίγιδος*] *ἰουττίγιδος* HL: illud Hm. 23. *οὔτε — οὔτε*] *οὐδὲ — οὐδὲ* P.

stitit: caeteri expeditionem in Chosroem cum Belisario susceperunt. Sub idem tempus oratorum, quos Vittigis legaverat, is qui sibi nomen arrogabat Episcopi, in Perside mortuus est; alter ibidem mansit. Eorum vero interpretem ad Romanos revertentem Ioannes Mesopotamiae Dux ad Constantinae limites cepit, ductumque in urbem tradidit in custodiam. Ubi ille eidem interroganti rerum in legatione gestarum seriem enuntiavit: atque haec ita cesserunt. Belisarius autem cum suis ibat magnis itineribus, antevertere Chosroi maturans, priusquam denuo in fines Rom. irrumperet.

15. Interea Chosroes exercitum in Colchidem duxit, Lazorum impulsu ac suasione, istam ob causam. Principio Lazi Colchidem incolebant, Romanis quidem subditi; immunes tamen, neque aliud exhibentes obsequium, nisi quod Rege mortuo Romanus Imperator principatus insignia designato successori mittebat: qui subditorum armis fines suos, ne e contermino Caucaso Hunni hostes per Lazicam in provincias Romanas erumperent, diligenter custodiebat; idque sine stipendiis, sine auxiliis Romanorum: quorum nec ipsi erant in bellicis expeditionibus socii. Ma-

μαίοις πῃ ξυστρατεύοντες, ἐπ' ἐμπορίᾳ δὲ τῇ κατὰ θάλασσαν πρὸς Ῥωμαίους ἀεὶ τοὺς ἐν πόντῳ ᾠκημένους ἐργαζόμενοι. αὐτοὶ μὲν γὰρ οὔτε ἅλας οὔτε σῖτον οὔτε ἄλλο τι ἀγαθὸν ἔχουσι, δέρρεις δὲ καὶ βύρσας καὶ ἀνδράποδα παρεχόμενοι τὰ σφίσιν ἐπιτήδεια ἐκομίζοντο. ἐπειδὴ δὲ τὰ ἀμφὶ Γουργένει τῷ Ἰβήρων βασιλεῖ γενέσθαι ξυνέπεσεν, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, στρατιῶται Ῥωμαίων ἐπιχωριάζειν Λαζοῖς ἤρξαντο, οἷς δὴ οἱ βάρβαροι οὗτοι ἤχθοντο, καὶ πάντων μάλιστα Πέτρῳ τῷ στρατηγῷ, ἐπηρεάζειν τοῖς ἐντυγχάνουσιν εὐπετῶς ἔχοντι. ὁ δὲ Πέτρος οὗτος ὥρμητο μὲν ἐξ Ἀρζανηνῆς, ἣ ἐκτὸς Νυμφίου ποταμοῦ ἐστι, Περσῶν κατήκοος ἐκ παλαιοῦ οὖσα, πρὸς Ἰουστίνου δὲ βασιλέως ἔτι παῖς ὢν ἠνδραπόδιστο, ἡνίκα Ἰουστῖνος μετὰ P 124 τὴν Ἀμίδης ἅλωσιν ξὺν τῷ Κέλερος στρατῷ ἐσέβαλλεν ἐς τὴν Περσῶν γῆν. φιλανθρωπίᾳ δὲ πολλῇ χρωμένου τοῦ κεκτημένου ἐς αὐτὸν ἐς γραμματιστοῦ ἐφοίτησε. καὶ τὰ μὲν πρῶτα Ἰουστίνου γραμματεὺς γέγονεν, ἐπεὶ δὲ Ἀναστασίου τετελευτηκότος Ἰουστῖνος τὴν βασιλείαν παρέλαβε Ῥωμαίων, ὁ Πέτρος στρατηγὸς γεγονὼς ἔς τε φιλοχρηματίαν εἴπερ τις ἄλλος ἐξώκειλε καὶ ἀβελτερίᾳ πολλῇ ἐς ἅπαντας ἐχρῆτο.

Ὕστερον δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἄλλους τε ἐς Λαζικὴν ἄρχοντας ἔπεμψε καὶ Ἰωάννην, ὃν Τζίβον ἐκάλουν, ἄνδρα ἐξ ἀφανῶν μὲν καὶ ἀδόξων ἐς ἀρχὴν γεγονότα, ἐς στρατηγίαν δὲ

11. πρὸς add. L. 13. τὴν] τῆς P. ibid. ἐσέβαλλεν HL. ἐσέβαλεν P. 19. ἀβελτερίᾳ] Vulgo ἀβελτηρίᾳ hic et infra p. 312 d. 318 d.

ri commercium cum Romanis, qui Pontum incolunt, exercebant. Nam quia nec sal, nec frumentum, neque alia ad victum commoda illis suppetunt; coria, pelles, mancipia rebus sibi necessariis permutabant. Postea vero quam Gurgeni Iberiae Regi ea, quae in superiore libro retuli, contigerunt, versari in Lazica coepere Romani milites, qui quidem his Barbaris oneri erant, sed maxime Dux Petrus, homo in obvium quemque facile iniuriosus. Erat is oriundus ex Arzanene, quae trans fluvium Nymphium sita est, ac Persis ab antiquo paret. Ipsum adhuc puerum, post captam Amidam, Iustinus, qui deinde fuit Imperator, abstraxit in servitutem, quando in Persarum fines cum Celeris copiis incursionem fecit. Tum hero usus benignissimo, ludum literarium frequentavit. Fuit Iustini scriba: eius hoc primum munus. Mortuo postea Anastasio cum Romanum Iustinus Imperium suscepisset, Dux creatus Petrus, non minus quam quivis alius in avaritiam praeceps, omnes importunissima vecordia vexavit.

Deinde Iustinianus Aug. cum alios Duces misit in Lazicam, tum Ioannem cognomento Tzibum, hominem obscuro atque ignobili loco natum, et Ducis munus hac una commendatione adeptum, quod supra mor-

B ἀναβεβηκότα κατ' ἄλλο οὐδὲν ἢ ὅτι πονηρότατός τε ἦν ἀνθρώ-
πων ἁπάντων καὶ πόρους χρημάτων ἀδίκων ἱκανώτατος ἐξευρεῖν.
ὃς δὴ ἅπαντα ἔσφηλέ τε καὶ συνετάραξε τὰ Ῥωμαίων τε καὶ Λα-
ζῶν πράγματα. οὗτος καὶ βασιλέα Ἰουστινιανὸν πόλιν ἀνέπεισεν
ἐπιθαλασσίαν, Πέτραν ὄνομα, ἐν Λαζοῖς δείμασθαι· ἐνταῦθά
τε ὥσπερ ἐν ἀκροπόλει καθήμενος ἦγέ τε καὶ ἔφερε τὰ Λαζῶν
πράγματα. τούς τε γὰρ ἅλας καὶ ὅσα ἄλλα φορτία Λαζοῖς ἀναγ-
καῖα ἐδόκει εἶναι, οὐκέτι φέρειν ἐς γῆν τὴν Κολχίδα τοῖς ἐμπόροις
ἐξῆν, ἢ ἄλλο ἐνθένδε ὠνεῖσθαι, ἀλλ' ἐν Πέτρᾳ ξυστησάμενος τὸ
C δὴ καλούμενον μονοπώλιον αὐτὸς κάπηλός τε καὶ ξυμπάσης τῆς
H 69 περὶ ταῦτα ἐργασίας ἐπιστάτης ἐγίγνετο, ἅπαντα ὠνούμενός τε
καὶ ἀποδιδόμενος Κόλχοις, οὐχ ᾗπερ εἴθιστο, ἀλλ' ᾗπερ ἐξῆν.
ἅμα δὲ καὶ ἄλλως οἱ βάρβαροι ἤχθοντο ἐπιχωριάζοντι αὐτοῖς,
οὐκ εἰωθὸς πρότερον τῷ Ῥωμαίων στρατῷ. ἃ δὴ οὐκέτι φέρειν
οἷοί τε ὄντες Πέρσαις τε καὶ Χοσρόῃ προσχωρεῖν ἔγνωσαν, πρέσ-
βεις τε αὐτίκα τοὺς ταῦτα διαπραξομένους κρύφα Ῥωμαίων παρ'
αὐτοὺς ἔπεμψαν. οἷς δὴ εἴρητο τὰ πιστὰ πρὸς Χοσρόου λαβοῦ-
σιν, ὅτι γε οὔποτε Λαζοὺς ἄκοντας ἐκδώσει Ῥωμαίοις, οὕτω δὴ
αὐτῶν ξὺν τῷ Περσῶν στρατῷ ἐς τὴν χώραν ἀπαγαγέσθαι.

V 307 Ἀφικόμενοι τοίνυν εἰς Πέρσας οἱ πρέσβεις καὶ Χοσρόῃ λά-
D θρα ἐς ὄψιν ἐλθόντες ἔλεξαν τοιάδε „Εἴ τινας καὶ ἄλλους ἐκ
τοῦ παντὸς χρόνου τῶν μὲν οἰκείων ἀποστάντας ὅντινα δὴ τρό-

4. ἀνέπεισεν] ἐνέπεισεν H: illud Hm. 9. Πέτρᾳ] πέτραις H: πέτρᾳ Hm. 11. ἐγίγνετο L. ἐγίνετο P.

tales omnes insignite improbus nullam non calleret iniustae pecuniae viam. Hic Romanorum Lazorumque res labefactavit prorsus ac miscuit. Idem Iustinianum Aug. perpulit, ut in Lazica maritimam urbem, cui nomen inditum Petrae, conderet: unde tanquam ex arce imminens, Lazorum fortunas agebat ferebatque. Institoribus enim nec sal, nec caeteras merces, quae Lazis necessariae videbantur, in Colchidem advehere, neque alias inde emere per illum licebat. Sed Petrae instituto, ut vocant, monopolio, ipse propola ac totius negotiationis curator erat, mercans omnia, ac postmodum non solito, sed quanto poterat pretio divendens Colchis. Id vero gravissime ferebant Barbari, quod Romanus miles novo more apud ipsos commoraretur. Quae cum illi diutius tolerare non possent, in Chosrois et Persarum fidem conferre se decreverunt. Sine mora, Romanis insciis, legatos, qui rem transigant, mittunt, his mandatis instructos, ut cum a Chosroe fidem acceperint, nunquam ipsum Romanis Lazos traditurum invitos, patriam repetant, succincti Persarum exercitu.

Igitur ubi illi pervenerunt in Persidem, clam ad Chosroem introducti, his fere verbis disseruerunt. *Si quos unquam suorum quodammodo desertores et alienis plane hominibus deditione indecora addictos, beni-*

πον, ἀνδράσι δὲ τὸ παράπαν ἀγνῶσι προσκεχωρηκότας οὐ δέον αὖθις εὖ ποιοῦσα ἡ τύχη ὡς μάλιστα ἀσμένους ἐπὶ τοὺς πρὶν ἐπανήγαγεν ἐπιτηδείους, τοιούτους δή τινας καὶ Λαζούς, ὦ μέγιστε βασιλεῦ, νόμιζε εἶναι. Κόλχοι γὰρ Πέρσαις σύμμαχοι τὸ ἀνέκαθεν ὄντες πολλά τε εἰργάσαντο αὐτοὺς ἀγαθὰ καὶ αὐτοὶ ἔπαθον· ὧν δὴ ἐν γράμμασι μνημεῖα πολλὰ ἡμεῖς τε ἔχομεν κἀν τοῖς βασιλείοις τοῖς σοῖς εἰς τὸ παρὸν διασώζεται. χρόνῳ δὲ ὕστερον τοῖς ἡμετέροις προγόνοις τετύχηκεν εἴτε παρ' ὑμῶν ἀμεληθεῖσιν εἴτε ἄλλου του ἕνεκα (οὐ γὰρ ἔχομέν τι σαφὲς περὶ τούτων εἰδέναι) Ῥωμαίοις ἐνσπόνδοις γενέσθαι. καὶ νῦν ἡμεῖς P 125 τε καὶ ὁ Λαζικῆς βασιλεὺς δίδομεν Πέρσαις ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ γῆν τὴν ἡμετέραν ὅ τι βούλοισθε χρῆσθαι. δεόμεθα δὲ ὑμῶν οὑτωσὶ σκοπεῖσθαι περὶ ἡμῶν· εἰ μὲν οὐδὲν πρὸς Ῥωμαίων πεπονθότες δεινὸν, ἀλλ' ἀγνωμοσύνῃ ἐχόμενοι κεχωρήκαμεν εἰς ὑμᾶς, τήνδε ἡμῶν εὐθὺς ἀποσείσασθε τὴν ἱκετείαν, οὐδὲ ὑμῖν ποτε πιστοὺς ἔσεσθαι Κόλχους οἰόμενοι (φιλίας γὰρ διαλελυμένης ὁ τρόπος τῆς μετ' ἐκείνην πρὸς ἑτέρους καθισταμένης ἔλεγχος γίγνεται)· εἰ δὲ λόγῳ μὲν φίλοι Ῥωμαίων, ἔργῳ δὲ ἀνδράποδα γεγονότες πιστὰ, ἔργα πεπόνθαμεν πρὸς τῶν ἐφ' ἡμῖν τετυραννηκότων ἀνόσια, δέξασθε μὲν ἡμᾶς τοὺς πρόσθε ξυμμάχους, κτήσασθε δὲ δούλους οἷς φίλοις ἐχρῆσθε, μισή- B σατε δὲ τυραννίδα πικρὰν, οὕτως ἡμῖν ἐκ γειτόνων ἐγηγερμένην, τῆς δικαιοσύνης ἄξια πράσσοντες, ἣν ἐπιπεριστέλλειν ἀεὶ Πέρ-

1. οὐ δέον] ὁδὸν H: illud Hm.

gna sors libentissimos ad pristinos amicos reduxit; tales, Rex maxime, esse Lazos existima. Certe Colchi superioribus saeculis, cum essent Persarum socii, ut in eos beneficia contulere plurima, sic ab iisdem vicissim accepere: quorum et nos multa consignata literis monumenta habemus; multa item etiamnum in tua regia asservantur. Dein tamen maiores nostri, seu a vobis despecti, seu causa inducti alia quapiam (neque enim nobis adeo explorata res esse potest) cum Romanis foedus percusserant. Nos autem iam cum Rege Lazicae Persarum potestati atque arbitrio nos regionemque nostram permittimus, et vos rogamus ut hanc in causa nostra excutienda rationem sequamini. Si nulla a Romanis violati iniuria, sed per malitiam ad vos transfugimus, supplices hinc quamprimum repellite, ea suspicione incensi, vobis quoque Colchos aliquando infidos fore. Ex illo enim, quo soluta est amicitia, modo, qualis futura sit, quae cum aliis iungitur, apparet. Sin autem verbo tenus Romanorum amici, re ipsa mancipia, et fida tamen, ab iis indignissime sumus habiti, quibus ut tyrannis servimus; nos, socios quondam vestros, accipite, et quibus amicis antea utebamini, nunc servos habetote. Tyrannidem sic a vicinis in nos exortam odio prosequimini, ut postulat aequitas, quam Persae ex more et instituto

σαις πάτριον. οὐ γὰρ ὁ μηδὲν αὐτὸς ἀδικῶν δίκαιος, εἰ μὴ καὶ
τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀδικουμένους ἔχων ἐν ἐξουσίᾳ ῥύεσθαι πέφυκεν.
ἔνια δὲ εἰπεῖν ὧν τετολμήκασιν οἱ κατάρατοι Ῥωμαῖοι καθ' ἡμῶν
ἄξιον. τῷ μὲν γὰρ ἡμετέρῳ βασιλεῖ τὸ σχῆμα μόνον τῆς βασι-
λείας ἀπολιπόντες αὐτοὶ τὴν ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ἔργων ἀφῄρηνται,
καὶ κάθηται βασιλεὺς ἐν ὑπηρέτου μοίρᾳ, τὸν ἐπιτάττοντα στρα-
τηγὸν δεδιώς· στρατιᾶς δὲ ἡμῖν ἐπέστησαν πλῆθος, οὐχ ὅπως
τὴν χώραν ἀπὸ τῶν ἐνοχλούντων φρουρήσωσιν (οὐ γὰρ οὖν οὐδέ
C τις τῶν ὁμόρων ἡμᾶς πλήν γε δὴ Ῥωμαίων ἠνώχλησεν), ἀλλ'
ὅπως ἡμᾶς ἐν δεσμωτηρίῳ καθείρξαντες κύριοι τῶν ἡμετέρων γε-
νήσωνται. λογισάμενοι δὲ συντομωτέραν ποιήσασθαι τὴν τῶν
ἡμῖν ὑπαρχόντων ἀφαίρεσιν, ὅρα, ὦ βασιλεῦ, ἐς ὁποίαν τινὰ
ἔννοιαν ἦλθον τῶν ἐπιτηδείων. ἃ μὲν περιττὰ παρ' ἐκείνοις
εἶναι τετύχηκεν, ἀναγκάζουσιν οὐχ ἑκόντας ὠνεῖσθαι Λαζούς,
ὅσα δὲ αὐτοῖς χρησιμώτατα φέρειν Λαζικὴ πέφυκεν, οὐδὲ ἀξιοῦσι
δῆθεν τῷ λόγῳ παρ' ἡμῶν πρίασθαι, τιμῆς ἑκατέρωθι γνώμῃ
τῶν κρατούντων ὁριζομένης. οὕτω τε ξὺν τοῖς ἀναγκαίοις ἅπαν
ἀφαιροῦνται καὶ τὸ χρυσίον ἡμᾶς, ὀνόματι μὲν τῷ τῆς ἐμπορίας
εὐπρεπεῖ χρώμενοι, ἔργῳ δὲ ἡμᾶς ὡς ἔνι μάλιστα βιαζόμενοι.
D ἐφέστηκέ τε ἡμῖν ἄρχων κάπηλος τὴν ἡμετέραν ἀπορίαν ἐργασίαν
τινὰ τῇ τῆς ἀρχῆς ἐξουσίᾳ πεποιημένος. ἡ μὲν οὖν τῆς ἀποστά-
σεως αἰτία τοιαύτη τις οὖσα τὸ δίκαιον ἐφ' ἑαυτῆς ἔχει· ὅσα δὲ

10. ὅπως] Vulgo ὥσπερ.

patrio tueri solent. Nec vero si quis nihil iniuste faciat, continuo is iustus fuerit, nisi idem ab aliis affectos iniuria soleat vindicare, cum potest. Iam res petit ut pauca de multis, quae in nos committere ausi sunt Romani detestabiles, delibemus. Regi quidem nostro relicta principatus umbra, omnem agendi potestatem eripuerunt; ut famuli vicem subeat Rex, Ducem timens sibi imperantem. Nobis vero impositi sunt stationarii magno numero milites; non quo hostilem vim a nostra regione prohibeant; quandoquidem, si Romanos ipsos excipias, nemo nos finitimorum infestat: verum ut nobis tanquam in custodia clausis, facultates ipsi nostras possideant. Quas ut compendiosiori via auferrent, vide, Rex, quid de annona cogitarint. Quae apud se habent supervacanea, obtrudunt Lazis, atque emere invitos cogunt; quidquid autem fert Lazica ad ipsorum usus accommodatissimum, id sibi venundari, in speciem scilicet, a nobis volunt; utrarumque mercium indicatione eorum, qui nobis praesunt, constituta arbitrio. Itaque annona pariter atque auro nos exhauriunt, sub honesto quidem commercii nomine, sed re vera per vim quantam maximam possunt. Dux, qui nobis imperat, propola est, ac sui muneris potestatem ad id convertit, ut inopiae nostrae quandam veluti mercaturam faciat. Atque haec nostrae defectionis causa cum vera sit, a se stantem habet aequitatem. Iam quot

ὑμῖν αὐτοῖς ξύμφορα ἔσται, δεχομένοις τὴν Λαζῶν δέησιν, αὐ-
τίκα ἐροῦμεν. τῇ Περσῶν ἀρχῇ βασιλείαν ἀρχαιοτάτην προσθή-
σετε, μηκυνόμενόν τε ἀπ᾽ αὐτῆς ἕξετε τὸ τῆς ἡγεμονίας ἀξίωμα,
μετεῖναι δὲ τῆς Ῥωμαίων θαλάσσης ὑμῖν διὰ τῆς ἡμετέρας ξυμ-
βήσεται χώρας, ἐν ᾗ πλοῖά σοι, ὦ βασιλεῦ, ναυπηγουμένῳ βα-
τὸν οὐδενὶ πόνῳ τὸ ἐν Βυζαντίῳ παλάτιον ἔσται. μεταξὺ γὰρ
ἐναντίωμα οὐδὲ ἕν ἐστι. προσθείη δ᾽ ἄν τις ὡς καὶ ληίζεσθαι
τοὺς ὁμόρους βαρβάρους τὴν Ῥωμαίων γῆν ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐφ᾽ II 70
ὑμῖν κείσεται. ὄρεσι γὰρ τοῖς Καυκασίοις ἐπιτείχισμα μέχρι τοῦδε P 126
γεγονέναι τὴν Λαζῶν χώραν πάντως που καὶ ὑμεῖς ξυνεπίστασθε.
ἡγουμένου τοίνυν τοῦ δικαίου, προσόντος δὲ τοῦ ξυμφέροντος,
τὸ μὴ οὐχὶ τοὺς λόγους προσέσθαι οὐδεμιᾶς ἂν εὐβουλίας οἰό-
μεθα εἶναι.“ τοσαῦτα μὲν οἱ πρέσβεις εἶπον.

Χοσρόης δὲ τοῖς λόγοις ἡσθεὶς ἀμύνειν τε Λαζοῖς ὡμολό-
γησε καὶ τῶν πρέσβεων ἐπυνθάνετο εἴ οἱ στρατῷ μεγάλῳ ἐς γῆν
τὴν Κολχίδα ἰέναι δυνατὰ εἴη. πολλῶν γὰρ ἀπαγγελλόντων ἔφα- V 308
σκεν ἀκηκοέναι τὰ πρότερα δύσοδον ἐπιεικῶς καὶ ἀνδρὶ εὐζώνῳ
τὴν χώραν εἶναι, κρημνώδη τε ὑπερφυῶς οὖσαν καὶ δένδροις συχ-
νοῖς τε καὶ ἀμφιλαφέσιν ἐπὶ μακρότατον ξυνεχομένην. οἱ δέ οἱ B
ἰσχυρίζοντο παντὶ τῷ Περσῶν στρατῷ τὴν ἐκείνῃ ὁδὸν εὐπετῆ
ἔσεσθαι, τέμνουσι μὲν τὰ δένδρα, ἐς δὲ τῶν κρημνῶν τὰς δυσ-
χωρίας αὐτὰ ἐμβαλλομένοις. καὶ αὐτοὶ ὡμολόγουν τῆς τε ὁδοῦ

7. **οὐδὲ ἕν ἐστι** **ALHm.** **οὐδὲν ἔνεστι** **P.** 12. **προσέσθαι** **Pm.** **προΐεσθαι** **P.** 19. **ἀμφιλαφέσιν]** **ἀμφιλαβέσιν** **H.** 20. **τῷ** **A.** **τῶν** **P.**

commoda ad vos perventura sint, si Lazorum preces admiseritis, paucis indicabimus. Primum Imperio Persico regnum adiicietis antiquissimum, et maiorem inde ditionis amplitudinem obtinebitis. Tum per nostram regionem in partem et communionem venietis Romani maris: ubi si naves aedificabis, o Rex, facilis tibi ad Byzantinum usque palatium cursus erit: nullus enim interiectus est obex. Huc accedit, quod liberum vobis erit confines Barbaros ad Romanum Imperium populandum quotannis laxare, siquidem scitis ipsi Lazicam Caucasiis montibus obiectam munimenti instar fuisse hactenus. Quare haud sani esse consilii credimus, postulata repudiare, ubi aequitas ducem, utilitas comitem sese offert. **Hactenus legati.**

Quorum oratione oblectatus Chosroes pollicetur laturum se Lazis opem: tum ex legatis quaerit, possitne cum magnis copiis in Colchidem penetrare? audiisse se multos qui dicerent, difficiles admodum vel expedito viro habere aditus illam regionem, quippe abruptissimam, ac per longissimos tractus densis opacisque silvis vestitam. Ii vero facilem omnibus Persarum copiis fore viam affirmarunt, si essent, qui exciderent arbores, atque in praecipitia et confragosa loca immitterent: se duces

ἡγεμόνες καὶ τοῦ ἔργου τούτου Πέρσαις ἔσεσθαι πρόπονοι. ταύτῃ ὁ Χοσρόης ἐπηρμένος τῇ ὑποθήκῃ στρατιάν τε πολλὴν ἤγειρε καὶ τὰ ἐς τὴν ἔφοδον ἐξηρτύετο, οὔτε τὸ βούλευμα ἐς Πέρσας ἐξενεγκὼν, πλήν γε δὴ οἷς τὰ ἀπόρρητα κοινολογεῖσθαι μόνοις εἰώθει, καὶ τοῖς πρέσβεσιν ἐπαγγείλας ὅπως τὰ πρασσόμενα μηδενὶ φράσωσιν ἐς Ἰβηρίαν τῷ λόγῳ ἐστέλλετο, ὡς τὰ τῇδε καταστησόμενος πράγματα· ἔθνος γὰρ Οὐννικὸν ἐνταῦθά πη ἐπισκῆψαι τῇ Περσῶν ἀρχῇ ἐπεφήμιζεν.

C ιϛ'. Ἐν τούτῳ δὲ γενόμενος Βελισάριος ἐν Μεσοποταμίᾳ πανταχόθεν τὸν στρατὸν ἤγειρε, καί τινας ἐς τὰ Περσῶν ἤθη ἐπὶ κατασκοπῇ ἔπεμπεν. αὐτὸς δὲ τοῖς πολεμίοις ἐνταῦθα ὑπαντιάσαι βουλόμενος, ἥν τινα ἐσβολὴν ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν αὖθις ποιήσωνται, διεῖπέ τε αὐτοῦ καὶ διεκόσμει τοὺς στρατιώτας, γυμνούς τε καὶ ἀνόπλους ἐπὶ πλεῖστον ὄντας, καὶ κατωρρωδηκότας τὸ Περσῶν ὄνομα. οἱ μὲν οὖν κατάσκοποι ἐπανήκοντες οὐδεμίαν D τῶν πολεμίων ἰσχυρίζοντο ἐν τῷ παρόντι ἐσβολὴν ἔσεσθαι· πολέμου γὰρ Οὐννικοῦ ἀσχολίαν Χοσρόῃ ἑτέρωθι εἶναι. Βελισάριος δὲ ταῦτα ἀκούσας παντὶ τῷ στρατῷ ἐσβάλλειν τῶν πολεμίων τῇ γῇ ἤθελε. καί οἱ Ἀρέθας τε ξὺν πολλῷ στρατῷ Σαρακηνῶν ἦλθε καὶ βασιλεὺς γράμματα γράψας ἐσβάλλειν κατὰ τάχος ἐς τὴν πολεμίαν γῆν ἐπέστελλε. ξυγκαλέσας οὖν ἅπαντας τοὺς ἄρχοντας ἐν Δάρας ἔλεξε τοιάδε ,,Ἅπαντας ὑμᾶς, ὦ ξυν-

1. πρόπονοι] πρόπολοι Pm. 3. οὔτε] οὐδὲ P.

futuros itineris, et Persis navaturos praeviam illam operam promiserunt. Hac sententia erectus Chosroes magnum erercitum colligit, ornatque expeditionem, tecto Persis consilio, praeterquam iis, quos in conscientiam arcanorum asciverat: ac legatis iniungens ne cui propositum aperiant, fingit se Iberiam componendarum ibi rerum gratia petere; cum rumorem sparsisset in vulgus, Hunnos illis in oris regnum Persicum invasisse.

16. Hoc interim spatio Belisarius, cum in Mesopotamiam pervenisset, undique coegit copias, et quosdam in Persidem exploratum misit. Habebat autem in animo, si hostes iterum in fines Rom. irrumperent, illis occurrere: idcirco milites nudos et inermes maximam partem, ac terrore nominis Persarum districtos, adornare ibi atque instruere properabat. Reversi exploratores nullam in praesens facturos Persas irruptionem pro certo dicunt: Hunnico enim bello impeditum Chosroem alibi teneri. Quo Belisarius audito, statuit in hostium fines exercitum universum inducere, magno auctum numero Saracenorum, qui Aretham sequebantur. Accesserunt Augusti literae, mandantis ut quam maturrime in hostile solum sese inferret. Igitur Darae cunctis Ducibus convocatis in hunc modum verba fecit. *Cum vos omnes, Collegae, multorum bellorum*

Certior factus de adventu Persarum Iustinianus Aug. iterum adversus illos Belisarium destinat. Is equis publicis, qui veredi appellari solent, vectus, propterea quod secum exercitum non habebat, magnis itineribus in Euphratesiam pervenit. Iam Iustus Augusti ex fratre nepos Hierapolin confugerat cum Buze aliisque nonnullis: qui postquam Belisarium non longe abesse audierunt, ad ipsum scripsere literas, quarum haec sententia fuit. *Nunc etiam Chosroes cum copiis multo quam ante maioribus, ut ipse scis, Romanos invadit, obscurum adhuc relinquens quo tandem spectet. Hoc tantum fama fert, esse illum in proximo: et innoxium, indesinenter viam progredi. Agesis, ad nos veni quamprimum:*

στρατόπεδον, ὅπως δὴ σῶς τε αὐτὸς βασιλεῖ ἔσῃ καὶ Ἱεράπολιν ἡμῖν φυλάξῃς ξὺν ἡμῖν.“ τοσαῦτα μὲν ἡ γραφὴ ἐδήλου. Βελισάριος δὲ οὐκ ἐπαινέσας τὰ γεγραμμένα ἐς Εὐρωπὸν τὸ χωρίον ἀφίκετο, ὃ πρὸς Εὐφράτῃ ποταμῷ ἐστιν. ἔνθεν τε περιπέμπων πανταχόσε τὸν στρατὸν ἤγειρε καὶ αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον κατεστήσατο, ἄρχοντάς τε τοὺς ἐν Ἱεραπόλει ἠμείβετο τοῖσδε „Εἰ μὲν ἐφ' ἑτέρους ἀνθρώπους τινάς, ἀλλ' οὐ Ῥωμαίων κατηκόους ὁ Χοσρόης χωρεῖ, εὖ τε καὶ ὡς ἀσφαλέστατα ὑμῖν βεβούλευται ταῦτα· οἷς γὰρ ἔστιν ἡσυχῇ μένουσιν ἀπηλλάχθαι κακῶν, πολλὴ ἄνοια ἐς κίνδυνον οὐκ ἀναγκαῖόν τινα ἰέναι· εἰ δὲ νῦν ἐνθένδε D ἀπαλλαγεὶς ὁ βάρβαρος οὗτος ἑτέρᾳ τινὶ ἐπισκήψει βασιλέως Ἰουστινιανοῦ χώρᾳ, καὶ ταύτῃ διαφερόντως μὲν ἀγαθῇ, φρουρὰν δὲ οὐδαμῆ στρατιωτῶν ἐχούσῃ, εὖ ἴστε ὅτι τὸ ξὺν τῇ ἀρετῇ ἀπολωλέναι τοῦ σεσῶσθαι ἀμαχητὶ τῷ παντὶ ἄμεινον. οὐ γὰρ ἂν σωτηρία τοῦτό γε, ἀλλὰ προδοσία δικαίως καλοῖτο. ἀλλὰ ἥκετε ὅτι τάχιστα ἐς τὸν Εὐρωπὸν, οὗ δὴ συλλέξας τὸ στράτευμα ὅλον V 316 ὅσα ἂν ὁ θεὸς διδῷ ἐλπίδα ἔχω τοὺς πολεμίους ἐργάσασθαι.“ ταῦτα ἐπεὶ ἀπενεχθέντα οἱ ἄρχοντες εἶδον, ἐθάρσησάν τε καὶ Ἰοῦστον μὲν ξὺν ὀλίγοις τισὶν αὐτοῦ ἔλιπον ἐφ' ᾧ τὴν Ἱεράπολιν φυλάξουσιν, οἱ δὲ λοιποὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐς Εὐρωπὸν ἦλθον.

1. Ἱεράπολιν] Vulgo Ἱερὰν πόλιν. 2. ξὺν ἡμῖν] ξὺν ἡμᾶς A. 4. εὐφράτῃ ποταμῷ HmL. Εὐφράτην ποταμὸν P. 6. Ἱεραπόλει] Vulgo Ἱερᾷ πόλει. 7. τινὰς add. L. 9. „ἔστιν Reg.“ Malt. πάρεστιν P. 13. ἐχούσῃ] ἐπιτίθεται addebat I. Scaliger: frustra. 15. καλοῖτο A. καλεῖτο H. ἐκαλεῖτο P. 17. ἔχω] ἔχων H. 19. Ἱεράπολιν] Vulgo Ἱερὰν πόλιν.

quandoquidem hostes ita potes effugere, ut et te Imperatori, et nobis Hierapolin nobiscum serves. Haec monebant literae: quibus Belisarius parum probatis, contulit se Europum; quod oppidum Euphrati adiacet: unde quoquoversum nuntios mittens, exercitum coegit, et castra ibidem metatus est. Tum ducibus, qui se Hierapoli continebant, his verbis rescripsit. *Si quampiam gentem aliam Chosroes, non autem populos Romanis subditos petit, optimum sane vos ac saluberrimum consilium iniistis. Nam qui mala vitare cessando possunt, nae illi stultissime fecerint, si discrimen adeant supervacaneum. At si hinc Barbarus iam demigret, seque in aliquam aliam immittat provinciam ditionis Augusti, eamque felicissimam, et militari praesidio plane nudam, id probe teneatis, satius omnino esse vitam profundere viriliter quam segniter et citra pugnam retinere. Neque enim id salus, sed proditio iure appellaretur. Quin vos potius Europum advolate: ubi integro collecto exercitu, nos in hostem patraturos confido quidquid Deus annuerit.* His lectis duces animos erigunt, et Iusto cum paucis ad Hierapolis custodiam relicto, caeteri cum reliquis copiis Europum veniunt.

κα'. Χοσρόης δὲ μαθὼν Βελισάριον παντὶ τῷ στρατῷ P 138 ἐστρατοπεδεῦσθαι ἐν Εὐρωπῷ, πρόσω μὲν ἐλαύνειν οὐκέτι ἔγνω, τῶν δὲ βασιλικῶν γραμματέων ἕνα, Βαρδάνην ὄνομα, δόξαν ἐπὶ ξυνέσει πολλὴν ἔχοντα, παρὰ Βελισάριον ἔπεμψε, τὸν στρατηγὸν μὲν ὁποῖός ποτε εἴη κατασκεψόμενον, τῷ δὲ λόγῳ μεμψόμενον, ὅτι δὴ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τοὺς πρέσβεις ἐς Πέρσας ἥκιστα πέμψειε, ἐφ' ᾧ τὰ ἀμφὶ τῇ εἰρήνῃ κατὰ τὰ συγκείμενα πρυ- B τανεύσωσιν. ὅπερ μαθὼν Βελισάριος ἐποίει τοιάδε. αὐτὸς μὲν ἑξακισχιλίους ἀπολεξάμενος ἄνδρας εὐμήκεις τε καὶ τὰ σώματα καλοὺς μάλιστα μακράν που ἄποθεν τοῦ στρατοπέδου ὡς κυνηγετήσων ἐστάλη, Διογένην δὲ τὸν δορυφόρον καὶ Ἀδόλιον τὸν Ἀκακίου, ἄνδρα Ἀρμένιον γένος, βασιλεῖ μὲν ἀεὶ ἐν παλατίῳ τὰ ἐς τὴν ἡσυχίαν ὑπηρετοῦντα (σιλεντιαρίους Ῥωμαῖοι καλοῦσιν οἷς ἡ τιμὴ αὕτη ἐπίκειται), τότε δὲ Ἀρμενίων τινῶν ἄρχοντα, τὸν ποταμὸν διαβάντας ξὺν ἱππεῦσι χιλίοις περιιέναι τὴν ἐκείνῃ ᾐόνα C ἐκέλευε, δόκησιν ἀεὶ παρεχομένους τοῖς πολεμίοις ὡς, ἢν ἐθέλωσι τὸν Εὐφράτην διαβάντες ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν ὁδῷ ἰέναι, οὐ μήποτε ἐπιστρέψουσι. καὶ οἱ μὲν κατὰ ταῦτα ἐποίουν.

Βελισάριος δὲ, ἐπεὶ τὸν πρεσβευτὴν ἄγχιστά που ἐπέπυστο εἶναι, καλύβην ἐκ παχειῶν τινῶν σινδόνων πηξάμενος, ἣν δὴ

3. Βαρδάνην] Vulgo Ἀβανδάνην. *Banadarem* RV. Conf. p. 139 a. *ibid.* ὄνομα A. τοὔνομα P. 5. κατασκεψόμενον — ποταμοῦ πρὸς τῶν (p. 139 d.) om. AH: ex codice Vaticano supplevit P, et vertit RV. 12. ἀεὶ] αἰεὶ V. 13. ἐς V. εἰς P. 15. διαβάντας] διαβάντα V. *ibid.* ᾐόνα] ἠιόνα PV. 16. ἀεὶ] αἰεὶ V.

21. Ubi resciit Chosroes Belisarium toto cum exercitu castra ad Europum locasse, longius progredi noluit; sed Abandanem, commendatissimae prudentiae virum, qui unus erat e scribis regiis, ad Belisarium misit, explorandi causa qualis tandem is esset dux: quamvis hanc speciem haberet legatio, ut ille expostularet, quod Iustinianus Aug. legatos, qui ex convento pacem constituerent, in Persidem non destinasset. Qua de re monitus Belisarius ita se comparavit. Delectis sibi virorum millibus sex, qui corporis proceritate et forma praestabant, longe a castris veluti ad venationem processit: et Diogenem praetorianum, Adoliumque Acacii filium natione Armenium, quem in palatio semper Imperator habuerat quietis et silentii ministrum (Silentiarios Romani vocant quibus impositum hoc munus est) tunc autem Armeniorum turma ducem illum sequebatur; fluvium traiicere cum equitibus mille, itaque ulteriorem ripam obire iussit, ut opinionem praeberent hosti, si in patriam remigrare vellet, Euphrate transito, se nunquam pedem relaturos. Dicto illi audientes fuere.

Cum adventare legatum, ac iam prope esse Belisarius intellexit, composito e crassioribus quibusdam linteis tentorio (vulgo papilionem

*παπυλεῶνα καλεῖν νενομίκασιν, ἐκάθητο ἐκεῖ, ὥσπερ ἐν χωρίῳ
ἐρήμῳ, παραδηλῶν ὅτι δὴ οὐδεμιᾷ παρασκευῇ ἐνταῦθα ἥκοι.
D τοὺς δὲ στρατιώτας διέταξεν ὧδε. τῆς μὲν καλύβης ἐφ' ἑκάτερα
Θρᾷκές τε καὶ Ἰλλυριοὶ ἦσαν, Γότθοι δὲ μετ' αὐτοὺς, καὶ τού-
των ἐχόμενοι Ἔρουλοι, μεθ' οὓς Βανδίλοι τε καὶ Μαυρούσιοι
ἦσαν, τοῦ τε πεδίου ἐπὶ τὸ πλεῖστον διῆκον. οὐ γὰρ ἑστῶτες
ἐπὶ χώρας ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔμενον, ἀλλὰ διεστηκότες τε ἀπ' ἀλλή-
λων καὶ περιπάτους ποιούμενοι παρέργως τε καὶ ὡς ἥκιστα κατε-
σπουδασμένως ἐς τὸν Χοσρόου πρεσβευτὴν ἔβλεπον. εἶχε δὲ αὐ-
P 139 τῶν οὐδεὶς οὔτε χλαμύδα οὔτε ἄλλην ἐπωμίδα τινὰ, ἀλλὰ χιτῶνας
μὲν λινοῦς καὶ ἀναξυρίδας ἀμπεχόμενοι, εἶτα διεζωσμένοι ἐβάδι-
ζον. εἶχε δὲ τὴν τοῦ ἵππου μάστιγα ἕκαστος, ὅπλον δὲ τῷ μὲν
ξίφος ἦν, τῷ δὲ πέλεκυς, τῷ δὲ τόξα γυμνά. δόκησίν τε παρεί-
χοντο ἅπαντες ὅτι δὴ ἀφροντιστήσαντες τῶν ἄλλων ἁπάντων κυ-
νηγετήσειν ἠπείγοντο. ὁ μὲν οὖν Βαρδάνης Βελισαρίῳ ἐς ὄψιν
ἥκων δεινὰ ποιεῖσθαι τὸν βασιλέα Χοσρόην ἔφη, ὅτι δὴ καθὰ
ξυνέκειτο πρότερον οὐ πέμψειε παρ' αὐτὸν τοὺς πρέσβεις ὁ Καῖσαρ
(οὕτω γὰρ τὸν Ῥωμαίων βασιλέα καλοῦσι Πέρσαι) καὶ ἀπ' αὐ-
τοῦ ὁ Χοσρόης ἠνάγκαστο εἰς γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐν ὅπλοις ἥκειν.
B Βελισάριος δὲ οὔτε κατορρωδήσας, ἅτε πη ἄγχιστα ἐστρατοπε-
δευμένων βαρβάρων τοσούτων πλῆθυς, οὔτε τῷ λόγῳ ἐς ταρα-*

1. *παπυλεῶνα* V et sic scriptum affert Ducangius in Glossario p. 1102. *παπιλιῶνα* P. *papilionem* RV. 4. *Ἰλλυριοὶ*] *ἰλλύριοι* PV. 5. *Ἔρουλοι* Maltretus cum RV. *ἔλουροι* PV. 6. *τὸ* addidi ex V. 7. *ἀεὶ*] *αἰεὶ* V. *ibid. τε ἀπ'* V. *τε* om. P. 10. *χλαμύδα*] Legebatur *χλανίδα*. 15. *βαρδάνης* V. *Banadares* RV. *Ἀβανδάνης* P. Conf. p. 138 a. 17. *αὐτὸν*] *αὐτοῦ* V. 21. *τοσούτων*] *τοσοῦτον* V.

appellant) ibi, tanquam ita ferret desertus locus, consedit, se illuc absque apparatu ullo venisse indicans: milites vero ad hunc modum disposuit. Tentorium dextra ac laeva cingebant Thraces atque Illyrii. Succedebant Gotthi, coniunctique his Eruli: quos Vandali ac Mauri excipiebant. Longe ac late campus obtinebatur. Neque enim iisdem semper vestigiis haerentes stabant; sed sparsi, ambulando varia conficiebant spatia; et in legatum Chosrois, quasi aliud agendo, negligenter contemptimque ora vertebant. Nec laena quisquam nec humerali quopiam amiculo, at lineis duntaxat tunicis braccisque induti omnes et praecincti incedebant. Equestri flagello quisque instructus, armatus hic ense, ille securi, nudo alius arcu, venationis consilium studiumque prae se cuncti ferebant, caeterarum plane rerum securi. Porro Abandanes, ubi in Belisarii conspectum venit, Regem Chosroem dixit indigne ferre et conqueri, quod Caesar (ita Persae Rom. Imperatorem vocant) ad se, ut prius convenerat, legatos non misisset: coactum ea re Chosroem fines Rom. ingredi armata manu. Hic Belisarius nec vicinia castrorum, in quibus tot erant Barbari, territus, nec illius oratione commotus, sed renidenti

χὴν τινα καταστὰς, ἀλλὰ γελῶντί τε καὶ ἀνειμένῳ τῷ προσώπῳ
ἀμείβεται „Οὐ ταύτῃ" λέγων „ᾗ τῷ Χοσρόῃ τανῦν εἰργάσθαι
νενόμισται τοῖς ἀνθρώποις τὰ πράγματα. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, ἤν V 317
τι ἀντιλέγοιτο σφίσι τε καὶ τῶν πέλας τισὶ, πρεσβεύουσι μὲν ἐς
αὐτοὺς πρότερον, ἐπειδὰν δὲ τῶν μετρίων οὐ τύχωσιν, οὕτω δὴ
πολέμῳ ἐς αὐτοὺς ἴασιν. ὁ δὲ γενόμενος ἐν μέσοις Ῥωμαίοις,
εἶτα τοὺς ὑπὲρ τῆς εἰρήνης προτείνεται λόγους." ὁ μὲν τοσαῦτα
εἰπὼν τὸν πρεσβευτὴν ἀπεπέμψατο.

Ὁ δὲ παρὰ Χοσρόην γενόμενος παρῄνει οἱ ὅτι τάχιστα C
ἀπαλλάσσεσθαι. στρατηγῷ γὰρ ἔφη ἐντυχεῖν ἀνδρειοτάτῳ τε καὶ
ξυνετωτάτῳ ἀνθρώπων ἁπάντων καὶ στρατιώταις οἵους ἄλλους
αὐτὸς οὐ πώποτε εἶδεν, ὧν δὴ τὴν εὐκοσμίαν θαυμάσειε μάλιστα
πάντων, εἶναί τε οὐκ ἐξ ἀντιπάλου τοῦ κινδύνου αὐτῷ τε καὶ Βε-
λισαρίῳ τὴν ἀγωνίαν, διαφέρειν δὲ, ὅτι νικήσας μὲν αὐτὸς τὸν
Καίσαρος νικήσει δοῦλον, ἡσσηθεὶς δὲ, ἂν οὕτω τύχοι, μέγα τι
αἶσχος τῇ τε βασιλείᾳ ποριέσεται καὶ τῷ Περσῶν γένει, καὶ Ῥω-
μαῖοι μὲν νενικημένοι ῥᾳδίως ἂν ἔν τε ὀχυρώμασι καὶ γῇ τῇ αὐτῶν
διασώζοιντο. αὐτῶν δὲ, ἤν γέ τι ἐναντίωμα ξυμβαίη, οὐδ' ἂν
ἄγγελος διαφύγοι ἐς τὴν Περσῶν χώραν. ταύτῃ ὁ Χοσρόης ἀνα- D
πεισθεὶς τῇ ὑποθήκῃ ἀναστρέφειν μὲν ἐς τὰ Περσῶν ἤθη ἐβού-
λετο, ἀμηχανίᾳ δὲ πολλῇ εἴχετο. τήν τε γὰρ διάβασιν τοῦ πο-
ταμοῦ πρὸς τῶν πολεμίων φυλάσσεσθαι ᾤετο καὶ ὁδῷ τῇ αὐτῇ,
ἐρήμῳ ἀνθρώπων παντάπασιν οὔσῃ, ὀπίσω ἀπελαύνειν οὐχ οἷός

11. ξυνετωτάτῳ V. συνετωτάτῳ P.

exporrectoque ore respondens; *Non ea*, inquit, *ratione*, *quam sequitur modo Chosroes*, *geri res ab hominibus solent. Nam alii quidem*, *si quam habent cum finitimis litem*, *missa ad eos legatione*, *cum aequas conditiones non obtinuerint*, *tum demum arma ipsis inferunt. Ille autem*, *posteaquam in medios Romanos perrupit*, *colloquium pacificatorium offert.* Nec plura fatus, legatum remisit.

Ille ad Chosroem reversus, maturare reditum suasit, affirmans se egisse cum Duce, qui mortalibus omnibus fortitudine et prudentia antecelleret, ac milites nactum, quales ipse nunquam vidisset, quorum speciem et compositionem praestantem summe esset miratus: caeterum non esse ipsi cum Belisario dimicationem propositam pari sorte et conditione: hoc nempe intercedere discrimen, quod ipse quidem si foret victor, servum Caesaris vinceret; sin forte profligaretur, maiestati regiae et Persarum nationi probrum ingens afferret: ac Romani quidem fusi, in munimentis et regno suo salutem facile invenirent; sibi vero si quid adversi contingeret, ne nuntius quidem evadere in Persidem posset. Ea Chosroes admonitione pervictus, optabat sane reditum; haerebat tamen inops consilii, cum ab hoste transitum fluminis obsideri putaret, neque eadem via reverti idcirco posset, quod illa humano cultu prorsus vacabat, res-

τε ἦν, ἐπεὶ ἅπαντα σφᾶς τὰ ἐπιτήδεια ἤδη ἐπιλελοίπει, ἅπερ τὰ
πρότερα ξὺν αὐτοῖς ἔχοντες ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐσέβαλλον. τέ-
λος δὲ πολλὰ λογισαμένῳ ξυμφορώτατόν οἱ ἔδοξεν εἶναι μάχῃ δια-
κινδυνεύσαντι ἐς γῆν τε τὴν ἀντιπέρας ἥκειν καὶ διὰ χώρας πᾶσιν
εὐθηνούσης τοῖς ἀγαθοῖς τὴν πορείαν ποιήσασθαι. Βελισάριος
δὲ εὖ μὲν ἠπίστατο ὡς οὐδ' ἂν δέκα μυριάδες ἀνδρῶν τὴν διάβα-
P 140 σιν Χοσρόῃ ἀναχαιτίζειν ποτὲ ἱκαναὶ εἶεν· ὅ τε γὰρ ποταμὸς πολ-
λαχῇ τῶν ταύτῃ χωρίων ναυσὶ διαβατὸς ὢν ἐπὶ πλεῖστον τυγχάνει
καὶ κρεῖσσον ἦν ἄλλως τὸ Περσῶν στράτευμα ἢ πρὸς πολεμίων
ὀλίγων τινῶν τῆς διαβάσεως ἀποκεκλεῖσθαι· τοῖς δὲ ἀμφὶ Διογέ-
νην τε καὶ Ἀδόλιον σὺν τοῖς χιλίοις ἐπέστελλε τὰ πρῶτα προϊέναι
τὴν ἐκείνῃ ἀκτὴν, ὅπως δὴ ἐς ταραχὴν ἀφασίᾳ τινὶ τὸν βάρβαρον
καταστήσονται. ὅπερ δεδιξάμενος, ὥσπερ μοι ἐρρήθη, ἔδεισε
μή τι αὐτῷ ἐμπόδισμα εἴη ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ τῆς Ῥωμαίων γῆς.
λόγου δέ οἱ πολλοῦ ἄξιον ἐφαίνετο εἶναι ἐξελάσαι ἐνθένδε τὸν
B Χοσρόου στρατὸν, οὐδεμιᾷ κινδυνεύσαντι μάχῃ πρὸς μυριάδας
βαρβάρων πολλὰς ξὺν στρατιώταις λίαν τε ὀλίγοις οὖσι καὶ ἀτε-
H 77 χνῶς κατεπτηχόσι τὸν Μήδων στρατόν. διὸ δὴ ἐκέλευε Διογένην
τε καὶ Ἀδόλιον ἡσυχῇ μένειν.

Ὁ γοῦν Χοσρόης γέφυραν σὺν πολλῷ τάχει πηξάμενος πο-
ταμὸν Εὐφράτην ἐκ τοῦ αἰφνιδίου διέβη παντὶ τῷ στρατῷ. Πέρ-

1. ἐπιλελοίπει L. ἐπελελοίπει P. 2. ἐσέβαλλον] ἐσέβαλον L. 13. καταστήσονται] καταστήσωνται L. ibid. ὅπερ H. ὅνπερ HmP. ibid. δεδιξάμενος] δειδιξάμενος L corr. ibid. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. 14. τι om. L. 15. δέ οἱ] τέ οἱ L.

que cibaria iam omnino Persas defecerat, qua ante instructi Romanorum terras intrarant. Re multum et diu cogitata, visum tandem est optimum factu, tentare ferro et vi viam sibi facere in oram oppositam, perque regionem commodis omnibus affluentem habere iter. Nec Belisarium praeteribat, ne centena quidem hominum millia ad Chosroem transmissione prohibendum sufficere. Nam ibi fluvius per longissimum tractum pluribus in locis traiici navigiis potest. Sed haec praecipua causa, quod exercitus Chosrois validior erat, quam ut hostiles copiolae illi transitum intercluderent. Quare Diogeni et Adolio per literas mandavit, quamprimum cum illis suis mille adversa ripa decederent, ut incerti consilii obscuritate turbarent Barbarum: quem cum, ut dicebam, terruisset, ne quid eum in Romano solo teneret verebatur. Enimvero operae pretium esse iudicabat exercitum Chosrois depulisse, vitata certaminis alea, cum multis Barbarorum myriadibus ineundi a militibus oppido paucis et Medorum vires pertimescentibus: propterea Diogeni atque Adolio nihil ut moverent praecepit.

Itaque Chosroes ponte mira celeritate compacto, Euphratem subito cum universo exercitu transgressus est. Et vero Persae fluvios omnes

σαις γὰρ πόνῳ οὐδενὶ διαβατοί εἰσι ποταμοὶ ἅπαντες, ἐπεὶ αὐτοῖς ὁδῷ ἰοῦσιν ἀγκιστροειδῆ σιδήρια ἐν παρασκευῇ ἐστιν, οἷς δὴ ξύλα μικρὰ ἐς ἄλληλα ἐναρμόζοντες γέφυραν αὐτοσχεδιάζουσιν ἐκ τοῦ παραυτίκα ὅπῃ ἂν σφίσι βουλομένοις εἴη. ἐπεὶ δὲ τάχιστα γέγονεν ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ, πέμψας παρὰ Βελισάριον αὐτὸς μὲν C Ῥωμαίοις κεχαρίσθαι τοῦ Μήδων στρατοῦ τὴν ἀναχώρησιν ἔφασκε, προσδέχεσθαι δὲ τοὺς παρ' αὐτῶν πρέσβεις, οὓς σφίσι παρέσεσθαι οὐκ ἐς μακρὰν ἄξιον εἶναι. Βελισάριος δὲ παντὶ καὶ αὐτὸς τῷ Ῥωμαίων στρατῷ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν διαβὰς παρὰ Χοσρόην εὐθὺς ἔπεμψεν. οἱ, ἐπεὶ παρ' αὐτὸν ἵκοντο, πολλὰ τῆς ἀναχωρήσεως ἐπαινέσαντες πρέσβεις ἐς αὐτὸν ἥξειν παρὰ βασιλέως αὐτίκα δὴ μάλα ὑπέσχοντο, οἳ δὴ τὰ ἀμφὶ τῇ εἰρήνῃ ξυγκείμενα πρότερον ἔργῳ ἐπιτελῆ πρὸς αὐτὸν θήσονται. ἠξίουν δὲ διὰ Ῥωμαίων, ἅτε φίλων αὐτῷ, τῇ πορείᾳ χρῆσθαι. ὁ δὲ καὶ ταῦτα ὑπεδέχετο ἐπιτελέσειν, εἴ τινά οἱ δοῖεν τῶν δοκίμων ἐν D ὁμήρων λόγῳ ἐπὶ ταύτῃ τῇ ὁμολογίᾳ, ἐφ' ᾧ τὰ ξυγκείμενα πράξουσιν. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις παρὰ Βελισάριον ἐπανήκοντες τοὺς Χοσρόου λόγους ἀπήγγελλον, ὁ δὲ ἐς τὴν Ἔδεσσαν ἀφικόμενος V 318 Ἰωάννην τὸν Βασιλείου παῖδα, γένει τε καὶ πλούτῳ πάντων τῶν Ἐδεσσηνῶν διαφανέστατον, ὅμηρον τῷ Χοσρόῃ οὔτι ἑκούσιον εὐθὺς ἔπεμψεν. Ῥωμαῖοι δὲ Βελισάριον ἐν εὐφημίαις εἶχον, μᾶλλόν τε σφίσιν ὁ ἀνὴρ ἐν τούτῳ εὐδοκιμῆσαι τῷ ἔργῳ ἐδόκει ἢ ὅτε

3. μικρὰ ἐναρμόζοντες LHm. μακρὰ ἁρμόζοντες HP. 10. ἵκοντο L ἧκοντο P. 17. τοὺς] τοῦ L. 18.20. Ἔδεσσαν] Ἔδεσαν P et Ἐδεσηνῶν. 20. οὔτι L. οὔτε P.

nullo negotio transmittunt. Cum enim iter faciunt, in bellico instrumento uncos ferreos paratos habent; quibus tigna aptantes, ubivis pontem ex tempore construunt. Statim ut ad ulteriorem continentem evasit Chosroes, Belisario misit, se, Romanis gratificandi causa, Medorum copias retraxisse: expectare ab ipsis legatos, iique ut brevi adforent consentaneum esse. Similiter Belisarius Euphratem copias omnes Romanas traduxit, et ad Chosroem oratores extemplo misit: qui cum ad eum pervenissent, ipsi ob reditum ample laudato promiserunt, Imperatoris legatos primo quoque tempore affore, ut priora pacis conventa rata facerent atque implerent. Rogarunt insuper, iter haberet amice per Romanorum, quippe amicorum, terras. Quod etiam ille se facturum recepit, si quem e primoribus obsidem darent, quo sanciretur promissi fides, et ipsos pactioni satis facturos constaret. Reversi oratores ad Belisarium, Chosrois verba retulere. Is vero postquam Edessam pervenit, Ioannem Basilii filium, splendore generis opibusque clarissimum Edessenorum, quamvis invitum, misit obsidem Chosroi. Iam Belisarii nomen per ora Romanorum volitabat: quibus ille eo facto gloriam adeptus maio-

Γελίμερα δορυάλωτον ἢ τὸν Οὐίττιγιν ἐς Βυζάντιον ἤνεγκεν. ἦν γὰρ ὡς ἀληθῶς λόγου καὶ ἐπαίνου πολλοῦ ἄξιον, πεφοβημένων μὲν κἂν τοῖς ὀχυρώμασι κρυπτομένων Ῥωμαίων ἁπάντων, Χοσ- P 141 ρόου δὲ στρατῷ μεγάλῳ ἐν μέσῃ γεγονότος Ῥωμαίων ἀρχῇ, ἄνδρα στρατηγὸν ξὺν ὀλίγοις τισὶ δρόμῳ ὀξεῖ ἐκ Βυζαντίου μεταξὺ ἥκοντα ἀπ' ἐναντίας τοῦ Περσῶν βασιλέως στρατοπεδεύσασθαι, Χοσρόην δὲ ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου, ἢ τὴν τύχην ἢ τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς δείσαντα ἢ καί τισιν ἐξαπατηθέντα σοφίσμασιν, ἐπίπροσθε μηκέτι χωρῆσαι, ἀλλὰ τῷ μὲν ἔργῳ φυγεῖν, λόγῳ δὲ τῆς εἰρήνης ἐφίεσθαι.

Ἐν τούτῳ δὲ Χοσρόης ἀλογήσας τὰ ὡμολογημένα Καλλίνικον πόλιν οὐδενὸς τὸ παράπαν ἀμυνομένου εἷλε. ταύτης γὰρ τὸν περίβολον ὁρῶντες Ῥωμαῖοι σαθρόν τε καὶ εὐάλωτον παντάπασιν ὄντα, μοῖραν αὐτοῦ ἀεὶ καθαιροῦντές τινα, νέᾳ τινὶ ἀνενεοῦντο B οἰκοδομίᾳ. τότε γοῦν μέρος τι αὐτοῦ καθελόντες, οὔπω δὲ τὸ λειπόμενον τοῦτο δειμάμενοι, ἐπειδὴ τοὺς πολεμίους ἄγχιστά πη ἐπύθοντο εἶναι τῶν χρημάτων ὑπεξαγαγόντες τὰ τιμιώτατα, οἱ μὲν εὐδαίμονες αὐτῆς τῶν οἰκητόρων ἐς ἕτερα ἄττα ὀχυρώματα ἀπεχώρησαν, οἱ δὲ λοιποὶ στρατιωτῶν χωρὶς αὐτοῦ ἔμειναν. καὶ γεωργῶν δὲ πάμπολύ τι χρῆμα ἐνταῦθα ξυνειλέχθαι ξυνέβη. οὓς δὴ ὁ Χοσρόης ἀνδραποδίσας ἅπαντα ἐς ἔδαφος καθεῖλεν. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον τὸν ὅμηρον Ἰωάννην δεξάμενος ἀπεχώρησεν εἰς τὰ πάτρια ἤθη.

1. Οὐίττιγιν] ἰούττιγιν A. ἰούτιγιν H. 21. ἅπαντα] ἅπαν HL. 22. δὲ] τε L.

rem videbatur, quam cum captivum Gelimerem aut Vittigin Byzantium deportavit. Et certe digna res existimatione erat ac laude amplissima, cum Romani in munimenta abditi omnes trepidarent, et Chosroes ingenti succinctus exercitu in Romanum Imperium penetrasset, tunc Magistrum militum Byzantio cum paucis raptim profectum, castra opposuisse Persarum Regi, ac repente Chosroem, seu fortunam viri, seu virtutem veritum, sive etiam callidis quibusdam inventis circumscriptum, haud processisse ultra; sed verbo mentientem studium pacis, re ipsa fugam cepisse.

Interea Chosroes, exuta promissi fide, Callinicum urbem, omnino indefensam, cepit. Etenim Romani cum eius muros ruinosos esse et expugnari posse facile viderent, non cessabant partem illorum demoliri aliquam, ac nova subinde structura instaurare. Tunc igitur parte diruta, necdum reparata labe, ubi hostem appropinquare auditum est, cives opulenti, quae habebant pretiosissima, secum exportantes, in alia quaedam munita loca migrarunt: reliqui a militibus inopes ibi remanserunt. Eodem plurima agricolarum turba confluxerat, quibus Chosroes servituti addictis, omnia solo aequavit: nec multo post Ioanne obside recepto, remeavit in patriam.

Ἀρμένιοί τε, οἱ τῷ Χοσρόῃ προσκεχωρηκότες, τὰ πιστὰ
πρὸς Ῥωμαίων λαβόντες ξὺν τῷ Βασσάκῃ ἐς Βυζάντιον ἦλθον. C
ταῦτα μὲν ἐν τῇ τρίτῃ Χοσρόου ἐσβολῇ Ῥωμαίοις γενέσθαι ξυνέ-
βη, καὶ Βελισάριος βασιλεῖ ἐς Βυζάντιον ἦλθε μετάπεμπτος,
ἐφ᾽ ᾧ ἐς Ἰταλίαν εὐθὺς σταλήσεται, πονηρῶν ἤδη παντάπασι
τῶν ἐκείνῃ πραγμάτων Ῥωμαίοις ὄντων.

κβʹ. Ὑπὸ δὲ τούτους τοὺς χρόνους λοιμὸς γέγονεν, ἐξ οὗ D
δὴ ἅπαντα ὀλίγου ἐδέησε τὰ ἀνθρώπεια ἐξίτηλα εἶναι. ἅπασι μὲν
οὖν τοῖς ἐξ οὐρανοῦ ἐπισκήπτουσιν ἴσως ἂν καὶ λέγοιτό τις ὑπ᾽
ἀνδρῶν τολμητῶν αἰτίου λόγος, οἷα πολλὰ φιλοῦσιν οἱ ταῦτα
δεινοὶ αἰτίας τερατεύεσθαι οὐδαμῇ ἀνθρώπῳ καταληπτὰς οὔσας,
φυσιολογίας τε ἀναπλάσσειν ὑπερορίους, ἐξεπιστάμενοι μὲν ὡς λέ-
γουσιν οὐδὲν ὑγιὲς, ἀποχρῆν δὲ ἡγούμενοι σφίσιν, ἤν γε τῶν ἐν-
τυγχανόντων τινὰς τῷ λόγῳ ἐξαπατήσαντες πείσωσι. τούτῳ μέν-
τοι τῷ κακῷ πρόφασίν τινα ἢ λόγῳ εἰπεῖν ἢ διανοίᾳ λογίσασθαι
μηχανή τις οὐδεμία ἐστὶ, πλήν γε δὴ ὅσα ἐς τὸν θεὸν ἀναφέρε- P 142
σθαι. οὐ γὰρ ἐπὶ μέρους τῆς γῆς οὐδὲ ἀνθρώπων τισὶ γέγονεν H 78
οὐδέ τινα ὥραν τοῦ ἔτους ἔσχεν, ὅθεν ἂν καὶ σοφίσματα αἰτίας
εὑρέσθαι δυνατὰ εἴη, ἀλλὰ περιεβάλλετο μὲν τὴν γῆν ξύμπασαν,
βίους δὲ ἀνθρώπων ἅπαντας ἔβλαψε, καίπερ ἀλλήλων ἐς τὸ ἐναν-
τίον παρὰ πολὺ διαλλάσσοντας, οὔτε φύσεώς τινος οὔτε ἡλικίας
φεισάμενον. εἴτε γὰρ χωρίων ἐνοικήσεσι εἴτε νόμῳ διαίτης, ἢ

5. πονηρῶν] πονήρων P. *ibid.* παντάπασι L. παντάπασιν P.
21. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

Tunc Armenii, qui ad Chosroem desciverant, fide publica a Romanis accepta, cum Bassace venerunt Byzantium. Atque haec quidem Romanis contigerunt in tertia Chosrois irruptione. Belisarium vero Augustus Byzantium revocavit, profecturum continuo in Italiam, ubi Romana res iam prorsus collabebatur.

22. Sub idem tempus orta est pestilentia, quae cultum et genus humanum tantum non abolevit omnino. Ac forte praefidenti ingenio viri ad ea, quae de caelo fluunt occulte, illius originem revocabunt. Et vero saepe amant, qui harum rerum peritiam profitentur, causas humanae menti plane incomprehensibiles memorare insigni vaniloquentia, et quosdam de natura sermones peregrinos confingere haud ignari quidem dicere se nihil sani, contenti vero, si nonnullis e vulgo fucum fecerint oratione sua. Profecto causa eiusce morbi nulla praeter Deum nec dici potest nec cogitari. Neque enim una in parte terrarum, non in unum quoddam hominum genus, non certo anni tempore grassatus est: unde posset speciosior peti et captiosior probabilitas causae; sed Orbem universum pervagatus, cuiuscunque generis homines, quamvis inter se diversissimos, foede attigit, nulli sexui, nulli parcens aetati. Nam sive

φύσεως τρόπῳ, ἢ ἐπιτηδεύμασιν, ἢ ἄλλῳ ὅτῳ ἀνθρώπων ἄνθρωποι διαφέρουσιν, ἐν ταύτῃ δὴ τῇ νόσῳ τὸ διαλλάσσον οὐδὲν ὤνησεν. ἐπέσκηψε δὲ τοῖς μὲν ὥρᾳ θέρους, τοῖς δὲ χειμῶνι, V 319 τοῖς δὲ κατὰ τοὺς ἄλλους καιρούς. λεγέτω μὲν οὖν ὥς πῃ B ἕκαστος περὶ αὐτῶν γινώσκει καὶ σοφιστὴς καὶ μετεωρολόγος, ἐγὼ δὲ ὅθεν τε ἤρξατο ἡ νόσος ἥδε καὶ τρόπῳ δὴ ὅτῳ τοὺς ἀνθρώπους διέφθειρεν ἐρῶν ἔρχομαι.

Ἤρξατο μὲν ἐξ Αἰγυπτίων οἳ ᾤκηνται ἐν Πηλουσίῳ. γενομένη δὲ δίχα πῇ μὲν ἐπί τε Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς ἄλλης Αἰγύπτου ἐχώρησε, πῇ δὲ ἐπὶ Παλαιστίνους τοὺς Αἰγυπτίοις ὁμόρους ἦλθεν, ἐντεῦθέν τε κατέλαβε τὴν γῆν σύμπασαν, ὁδῷ τε ἀεὶ προϊοῦσα καὶ χρόνοις βαδίζουσα τοῖς καθήκουσιν. ἐπὶ ῥητοῖς γὰρ ἐδόκει χωρεῖν καὶ χρόνον τακτὸν ἐν χώρᾳ ἑκάστῃ διατριβὴν ἔχειν, ἐς οὐδένας μὲν ἀνθρώπων παρέργως τῷ φθόρῳ χρωμένη, σκεδαννυμένη δὲ ἐφ' ἑκάτερα μέχρι ἐς τὰς τῆς οἰκουμένης C ἐσχατιάς, ὥσπερ δεδοικυῖα μή τις αὐτὴν τῆς γῆς διαλάθοι μυχός. οὔτε γὰρ νῆσόν τινα ἢ σπήλαιον ἢ ἀκρώρειαν ἐλίπετο ἀνθρώπους οἰκήτορας ἔχουσαν· ἢν δέ πού τινα καὶ παρήκατο χώραν, ἢ μὴ ψαύσασα τῶν ταύτῃ ἀνθρώπων ἢ ἀμωσγέπως αὐτῶν ἁψαμένη, ἀλλὰ χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ αὖθις ἐνταῦθα ἐπανιοῦσα τῶν μὲν περιοίκων, οἷς δὴ πικρότατα ἐπέσκηψε πρότερον, οὐδαμῶς ἥψατο, τῆς δὲ χώρας ἐκείνης οὐ πρότερον ἀπέστη ἕως τὸ μέτρον ὀρθῶς καὶ δικαίως τῶν τετελευτηκότων ἀπέδωκεν, ὥσπερ καὶ τοῖς

2. τῇ add. L. 9. τῆς add. L. 15 τὰς om. L. 18. παρήκατο] παρήκασε AH: illud HmLm. παρήκατε L. Fort. παρῆκε.

habitatione, seu lege victus, seu indole, seu studiis, sive alia demum re quapiam inter se differrent; regnante hac lue, nihil id discrimen iuvabat. Atque hos aestate, illos hieme, alios aliis invasit temporibus. De his porro sophista disserat, hac pronuntiet meteorologus, pro suo quisque sensu: ego vero unde haec pestilentia coeperit, et quo modo mortales extinxerit, declarare aggredior.

Ab Aegyptiis orta est, Pelusii incolis: unde bifariam didita, hac Alexandriam et reliquam Aegyptum pervasit; illac in Palaestinam Aegypto conterminam diffusa, inde totum Orbem occupavit, semper progrediens cursu certis temporis spatiis definito. Etenim certa lege procedere, statumque dierum intervallum unaquaque in regione exigere videbatur, in neminem virus obiter exerens, et hinc inde ad extremas Orbis oras dimanans, quasi vereretur, ne quem terrarum angulum ac recessum praeteriret imprudens. Nam neque insula ulla, nec spelunca, nec montis vertice, ubi sedem homines haberent, abstinuit. Si quem locum transiluit, vel minime, vel leviter tactis incolis, eo postmodum regressa, vicinis, in quos antea desaevierat, intactis, inde non prius discessit, quam iustum numerum explevit funerum, pro portione ac modo cladis,

ἀμφ' αὐτὴν ᾠκημένοις χρόνῳ τῷ προτέρῳ διεφθάρθαι τετύχηκεν.
ἀρξαμένη δὲ ἀεὶ ἐκ τῆς παραλίας ἡ νόσος ἥδε οὕτω δὴ ἐς τὴν με-
σόγειον ἀνέβαινε χώραν. δευτέρῳ δὲ ἔτει ἐς Βυζάντιον μεσοῦν- D
τος τοῦ ἦρος ἀφίκετο, ἔνθα καὶ ἐμέ οἱ ἐπιδημεῖν τηνικαῦτα ξυν-
έβη. ἐγίνετο δὲ ὧδε. φάσματα δαιμόνων πολλοῖς ἐς πᾶσαν
ἀνθρώπου ἰδέαν ὤφθη, ὅσοι τε αὐτοῖς παραπίπτοιεν, παίεσθαι
ᾤοντο πρὸς τοῦ ἐντυχόντος ἀνδρός, ὅπῃ παρατύχοι τοῦ σώματος,
ἅμα τε τὸ φάσμα ἑώρων καὶ τῇ νόσῳ αὐτίκα ἡλίσκοντο. κατ'
ἀρχὰς μὲν οὖν οἱ παραπεπτωκότες ἀποτρέπεσθαι αὐτὰ ἐπειρῶντο,
τῶν τε ὀνομάτων ἀποστοματίζοντες τὰ θειότατα καὶ τὰ ἄλλα ἐξο-
σιούμενοι, ὡς ἕκαστός πῃ ἐδύνατο, ἤνυον μέντοι τὸ παράπαν
οὐδέν, ἐπεὶ κἀν τοῖς ἱεροῖς οἱ πλεῖστοι καταφεύγοντες διεφθεί- P 143
ροντο. ὕστερον δὲ οὐδὲ τοῖς φίλοις καλοῦσιν ἐπακούειν ἠξίουν,
ἀλλὰ καθείρξαντες αὑτοὺς ἐν τοῖς δωματίοις, ὅτι δὴ οὐκ ἐπαΐοιεν
προσεποιοῦντο, καίπερ ἀρασσομένων αὐτοῖς τῶν θυρῶν, δειμαί-
νοντες δηλονότι μὴ δαιμόνων τις ὁ καλῶν εἴη. τισὶ δὲ οὐχ οὕτως
ὁ λοιμὸς ἐπέσκηψεν, ἀλλ' ὄψιν ὀνείρου ἰδόντες ταὐτὸ τοῦτο πρὸς
τοῦ ἐπιστάντος πάσχειν ἐδόκουν, ἢ λόγου ἀκούειν προλέγοντος
σφίσιν ὅτι δὴ ἐς τῶν τεθνηξομένων τὸν ἀριθμὸν ἀνάγραπτοι εἶεν.
τοῖς μέντοι πλείστοις οὔτε ὕπαρ οὔτε ὄναρ αἰσθομένοις τοῦ ἐσο-
μένου εἶτα τῇ νόσῳ ξυνέβη ἁλῶναι. ἡλίσκοντο δὲ τρόπῳ τοιῷδε.
ἐπύρεσσον ἄφνω, οἱ μὲν ἐξ ὕπνου ἐγηγερμένοι, οἱ δὲ περιπάτους

4. ἦρος] ἤρους P. 14. αὐτοὺς] αὑτοὺς L. 17. ἐπέσκηψεν] ἐπεγίνετο (γρ. ἐπέσκηψε) A. „ἐπεγίνετο Reg." Malt. 20. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

quam accolis tempore superiori intulerat. Semper autem incipiens ab ora maritima, in mediterraneas plagas serpebat. Altero demum anno, adulto vere, Byzantium pervenit: ubi forte eodem ego, quo illa, tempore versatus sum. Ita vero nascebatur. Multis apparebant spectra daemonum induta quavis hominum forma. Quicumque in illa inciderent, aliqua in parte corporis, modo hac, modo illa, a viro obvio percuti se existimabant: simul autem spectrum viderant, morbo corripiebantur. Atque initio quidem quibus occurrebant eiusmodi simulacra, illi divinissimorum imploratione nominum, et sedula, quoad quisque poterat, expiatione, ea conabantur avertere; sed frustra, cum plurimi vel in templis, in quae perfugiebant, animam agerent. Deinde alii in cubicula se concludentes, ne amicos quidem auscultare compellantes volebant, et quamvis fores comminuerentur pulsando, nihil se exaudire simulabant, timentes scilicet ne ab aliquo daemone vocarentur. Quidam non ita pestem concipiebant: verum obiecto secundum quietem viso, eadem illa ab astante inflicta pati, vel audire vocem sibi videbantur, quae ipsos in moriturorum numerum ascriptos praenuntiabat. Pleresque, nullo nec in vigilia nec in somnis accepto viso, futuri indice, morbus incessebat hoc fere modo. Febriebant repente, hi quidem statim ab excusso somno, illi inambulando, alii

B *ποιούμενοι, οἱ δὲ ἄλλο ὅ τι δὴ πράσσοντες. καὶ τὸ μὲν σῶμα οὔτε τι διήλλασσε τῆς προτέρας χροιᾶς οὔτε θερμὸν ἦν, ἅτε πυρετοῦ ἐπιπεσόντος, οὐ μὴν οὐδὲ φλόγωσις ἐπεγίνετο, ἀλλ' οὕτως ἀβληχρός τις ἐξ ἀρχῆς τε καὶ ἄχρις ἑσπέρας ὁ πυρετὸς ἦν ὥστε μήτε τοῖς νοσοῦσιν αὐτοῖς μήτε ἰατρῷ ἁπτομένῳ δόκησιν κινδύνου παρέχεσθαι. οὐ γὰρ οὖν οὐδέ τις τελευτᾶν τῶν περιπεπτωκότων ἀπ' αὐτοῦ ἔδοξεν. ἡμέρᾳ δὲ τοῖς μὲν τῇ αὐτῇ, τοῖς δὲ τῇ ἐπιγενομένῃ, ἑτέροις δὲ οὐ πολλαῖς ὕστερον βουβὼν ἐπῆρτο, οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἔνθα καὶ τὸ τοῦ σώματος μόριον, ὃ δὴ τοῦ ἤτρου ἔνερθέν ἐστι, ἀλλὰ καὶ τῆς μασχάλης ἐντός, ἐνίοις δὲ καὶ*
C *παρὰ τὰ ὦτα καὶ ὅπου ποτὲ τῶν μερῶν ἔτυχε.*

Τὰ μὲν οὖν ἄχρι τοῦδε πᾶσιν ὁμοίως σχεδόν τι τοῖς τῇ νόσῳ ἁλισκομένοις ξυνέβαινε· τὰ δὲ ἐνθένδε οὐκ ἔχω εἰπεῖν πότε-
H 79 *ρον ἐν τῷ διαλλάσσοντι τῶν σωμάτων καὶ ἡ διαφορὰ τῶν συμπιπτόντων ἐγίνετο, ἢ ὅπῃ ποτὲ βουλομένῳ εἴη τῷ τὴν νόσον ἐπαγαγόντι. ἐπεγίνετο γὰρ τοῖς μὲν κῶμα βαθύ, τοῖς δὲ παραφροσύνη ὀξεῖα, ἑκάτεροί τε τὰ πρὸς τὴν νόσον ἐπιτηδείως ἔχοντα*
V 320 *ἔπασχον· οἷς μὲν γὰρ τὸ κῶμα ἐπέκειτο, πάντων ἐπιλελησμένοι τῶν εἰωθότων σφίσιν ἐς ἀεὶ καθεύδειν ἐδόκουν. καὶ εἰ μέν τις αὐτῶν ἐπιμελοῖτο, μεταξὺ ἤσθιον, τινὲς δὲ καὶ ἀπημελημένοι*
D *ἀπορίᾳ τροφῆς εὐθὺς ἔθνησκον. οἱ μέντοι τῷ τῆς παραφροσύ-*

5. *μήτε — μήτε*] *μηδὲ — μηδὲ* P. 10. Post *ἔνερθέν ἐστι* legebantur uncis inclusa *βουβὼν κέκληται.* 11. *μερῶν* Hoeschelius. Legebatur *μηρῶν.* 13. *ξυνέβαινε* A. *ξυνέβη* P. „*ξυνέβαινε* Reg.“ Malt. 20. *ἐπιμελοῖτο* A. *ἐπιμελεῖτο* P.

aliud agendo quidpiam. Colore nihil mutato pristino corpus non ut febri correptum calebat: nulla existebat inflammatio: sed a mane usque ad vesperum febris adeo lenis erat, ut nec aegrotis ipsis, adeoque nec medico pulsum exploranti, periculi opinionem praeberet. Nec sane quisquam eorum, qui in morbum delapsi fuerant, illo periturus videbatur. Die autem his eodem ipso, illis postero, aliis haud multis post, nascebatur ac tumescebat bubo, non ea solum in parte corporis quae imo ventri subest et inguen dicitur, sed in axillae etiam sinu: post aures quoque nonnullis: quacunque demum in parte femorum.

Morbum contrahentibus haec pari fere modo accidebant, quae hactenus commemoravi. In sequentibus illud expedire non possum, diversane ex habitudine corporum, an ex arbitrio solo auctoris morbi oriretur eorum diversitas, quae morbo accedebant. Gravi veterno alii, alii peracri amentia capti, utrique his congrua patiebantur. Siquidem veterno pressi, dormire semper videbantur, rerum obliti omnium, quibus assueverant. Si quis aderat, qui eorum valetudini daret operam, cibum interdum capiebant cura destituti, brevi tempore inedia necabantur. Lymphatici

νης ἁλόντες κακῷ ἀγρυπνίᾳ τε καὶ φαντασίᾳ πολλῇ εἴχοντο, καί τινας ὑποπτεύοντες ἐπιέναι σφίσιν ὡς δὴ ἀπολοῦντας ἐς ταραχήν τε καθίσταντο καὶ ἀναβοῶντες ἐξαίσιον οἷον ἐς φυγὴν ὥρμηντο. οἵ τε αὐτοὺς θεραπεύοντες καμάτῳ ἀπαύστῳ ἐχόμενοι τὰ ἀνήκεστα ἐς ἀεὶ ἔπασχον. διὸ δὴ ἅπαντες αὐτοὺς οὐχ ἧσσον ἢ τοὺς πονουμένους ᾠκτίζοντο, οὐχ ὅτι τῷ λοιμῷ ἐπιέζοντο ἐκ τοῦ προσιέναι (οὔτε γὰρ ἰατρῷ οὔτε ἰδιώτῃ μεταλαχεῖν τοῦ κακοῦ τοῖδε τῶν νοσούντων ἢ τῶν τετελευτηκότων ἁπτομένῳ ξυνέβη, ἐπεὶ πολλοὶ μὲν ἀεὶ καὶ τοὺς οὐδὲν σφίσι προσήκοντας ἢ θάπτοντες ἢ θεραπεύοντες ταύτῃ δὴ τῇ ὑπουργίᾳ παρὰ δόξαν ἀντεῖχον, πολλοὶ P 144 δὲ τῆς νόσου ἀπροφασίστως αὐτοῖς ἐπιπεσούσης εὐθὺς ἔθνησκον), ἀλλ' ὅτι ταλαιπωρίᾳ πολλῇ εἴχοντο. ἔκ τε γὰρ τῶν στρωμάτων ἐκπίπτοντας καὶ καλινδουμένους ἐς τὸ ἔδαφος ἀντικαθίστων αὖθις καὶ ῥιπτεῖν σφᾶς αὐτοὺς ἐκ τῶν οἰκημάτων ἐφιεμένους ὠθοῦντές τε καὶ ἀνθέλκοντες ἐβιάζοντο. εἰς ὕδωρ τε οἷς παρατύχοι ἐμπεσεῖν ἤθελον οὐ δὴ οὐχ ὅσον τοῦ ποτοῦ ἐπιθυμίᾳ (ἐς γὰρ θάλασσαν οἱ πολλοὶ ὥρμηντο), ἀλλ' αἴτιον ἦν μάλιστα ἡ τῶν φρενῶν νόσος. πολὺς δὲ αὐτοῖς καὶ περὶ τὰς βρώσεις ἐγένετο πόνος. οὐ γὰρ εὐπετῶς προσίεντο ταύτας. πολλοί τε ἀπορίᾳ τοῦ θεραπεύοντος διεφθάρησαν, ἢ λιμῷ πιεζόμενοι, ἢ ἀφ' B ὑψηλοῦ καθιέντες τὸ σῶμα. ὅσοις δὲ οὔτε κῶμα οὔτε παραφροσύνη ἐνέπεσε, τούτοις δὴ ὅ τε βουβὼν ἐσφακέλιζε καὶ αὐτοὶ ταῖς ὀδύναις οὐκέτι ἀντέχοντες ἔθνησκον. τεκμηριώσειε δ' ἄν τις καὶ

15. εἰς ὕδωρ Lm. Aberat εἰς. 16. οὐ δὴ] οὐδὲ HL: illud Hm. 17. γὰρ] γοῦν HL: illud HmLm.

vero insomnes totique in visis, et paratos ad necem adesse suspicantes, perturbabantur, seque horrenda cum vociferatione in fugam dabant. Qui illis inserviebant, iugi labore districti, perpetiebantur durissima; ita ut omnes non minus ipsorum, quam aegrotantium misereret: non quod ipsis lues afflaretur accessu; (nam nec medicus, nec illius artis imperitus quisquam morbum contraxit tactu languentium; quandoquidem multi, qui etiam alienos vel curabant vel sepeliebant, praeter opinionem salvi perstabant in ministerio: multi rursus nulla data ansa morbo correpti protinus interibant) sed quod plurimum fatigarentur. Nam aegros excidentes stratis, seque humi volutantes reponebant, atque e tectis praecipites dare se volentes repellebant, tenebantque retractos vi. Nacti aquam, ardebant se in eam immittere, non potus desiderio, (siquidem multi mare petebant) sed animi morbo impulsi. Nec minor circa cibum luctatio: quem haud facile admittebant. Non pauci, quibus nemo ministrabat, aut fame, aut ultroneo casu ex edito perierunt. Quoscunque nec veternus nec insania occupaverat, extabescebat his bubo, et maiores viribus cruciatus vitam adimebant. Idem caeteris accidisse coniecerit forte quis-

τοῖς ἄλλοις ἅπασι κατὰ ταὐτὰ ξυμβῆναι, ἀλλ' ἐπεὶ ἐν αὐτοῖς ὡς ἥκιστα ἦσαν, ξυνεῖναι τῆς ὀδύνης οὐδαμῇ εἶχον, τοῦ πάθους αὐτοῖς τοῦ ἀμφὶ τὰς φρένας παραιρουμένου τὴν αἴσθησιν.

Ἀπορούμενοι γοῦν τῶν τινες ἰατρῶν τῇ τῶν ξυμπιπτόντων ἀγνοίᾳ, τό τε τῆς νόσου κεφάλαιον ἐν τοῖς βουβῶσιν ἀποκεκρί-
C σθαι οἰόμενοι, διερευνᾶσθαι τῶν τετελευτηκότων τὰ σώματα ἔγνωσαν. καὶ διελόντες τῶν βουβώνων τινὰς ἄνθρακος δεινόν τι χρῆμα ἐκπεφυκὸς εὗρον. ἔθνησκον δὲ οἱ μὲν αὐτίκα, οἱ δὲ ἡμέραις πολλαῖς ὕστερον, τισί τε φλυκταίναις μελαίναις, ὅσον φακοῦ μέγεθος, ἐξήνθει τὸ σῶμα, οἳ οὐδὲ μίαν ἐπεβίων ἡμέραν, ἀλλ' εὐθυωρὸν ἅπαντες ἔθνησκον. πολλοὺς δὲ καί τις αὐτόματος αἵματος ἐπιγενόμενος ἔμετος εὐθὺς διεχρήσατο. ἐκεῖνο μέντοι ἀποφήνασθαι ἔχω, ὡς τῶν ἰατρῶν οἱ δοκιμώτατοι πολλοὺς μὲν τεθνήξεσθαι προηγόρευον, οἳ δὴ κακῶν ἀπαθεῖς ὀλίγῳ ὕστερον παραδόξως ἐγίνοντο, πολλοὺς δὲ ὅτι σωθήσονται ἰσχυρίζοντο, οἳ
D διαφθαρήσεσθαι ἔμελλον αὐτίκα δὴ μάλα. οὕτως αἰτία τις ἦν οὐδεμία ἐν ταύτῃ τῇ νόσῳ ἐς ἀνθρώπου λογισμὸν φέρουσα· πᾶσι γάρ τις ἀλόγιστος ἀπόβασις ἐπὶ πλεῖστον ἐφέρετο, καὶ τὰ λουτρὰ τοὺς μὲν ὤνησε, τοὺς δὲ οὐδέν τι ἧσσον κατέβλαψεν. ἀμελούμενοί τε πολλοὶ ἔθνησκον, πολλοὶ δὲ παρὰ λόγον ἐσώζοντο. καὶ πάλιν αὖ τὰ τῆς θεραπείας ἐφ' ἑκάτερα τοῖς χρωμένοις ἐχώρει,

1. αὐτοῖς L corr. Vulgo αὑτοῖς. 11. εὐθυωρὸν Pm. εὐθυωρὶ P. εὐθυωρὸν est p. 35 a. 64 b. 144 c. 166 c. 222 b. 561 a. 585 c. 594 d. 623 d. 633 d. 665 a. 16. τις ἦν Pm. τισὶν P.

piam: at quoniam non erant compotes, doloris sensum, quem alienatio mentis auferebat, percipere minime poterant.

Medici quidam, cum in his caecutirent accessionibus morbi, eiusque caput in bubonibus residere secretum rati, defunctorum cadavera scrutari decrevissent; dissectis tuberibus aliquot, enatos ibi carbunculos teterrimos deprehenderunt. Quorum maligna vis hos statim, illos multis post diebus conficiebat. Nec deerant, quibus toto corpore atrae postulae magnitudine lentis erumperent. Hi ne unum quidem supererant diem; sed eadem hora animam omnes efflabant. Multos illico extinguebat sponte prorumpentis sanguinis vomitus. Id porro vere affirmare possum, celeberrimos medicos mortem pluribus praedixisse, qui paulo post contra omnium opinionem convaluerunt: vice versa salutem multis, quos manebat, qui statim est consecutus, interitus. Quare nulla in hoc morbo causa, quae ad humanam rationem ducat, occurrere quibusdam potest. Cunctis enim exitus aliquis longe alienus a ratione accidebat. Atque his cum balneum prodesset, illis nihilo secius oberat. E derelictis atque ope carentibus multi abibant e vita: multi praeter expectationem in vita manebant. Rursus curatio, quibus adhibebatur, iis aliter atque aliter cedebat. In summa, salutarem nemo artem ullam invenerat, qua vel prae-

καὶ τὸ ξύμπαν εἰπεῖν οὐδεμία μηχανὴ ἀνθρώπῳ ἐς τὴν σωτηρίαν ἐξεύρητο, οὔτε προφυλαξαμένῳ μὴ πεπονθέναι οὔτε τοῦ κακοῦ ἐπιπεσόντος περιγενέσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ παθεῖν ἀπροφάσιστον ἦν καὶ τὸ περιεῖναι αὐτόματον. καὶ γυναιξὶ δὲ ὅσαι ἐκύουν προὖπτος ἐγίνετο τῇ νόσῳ ἁλισκομέναις ὁ θάνατος. αἱ μὲν γὰρ ἀμβλώσκουσαι [P 145] ἔθνησκον, αἱ δὲ τίκτουσαι ξὺν αὐτοῖς εὐθὺς τοῖς τικτομένοις ἐφθείροντο. τρεῖς μέντοι λεχοὺς λέγουσι τῶν παιδίων σφίσιν ἀπολομένων περιγενέσθαι, καὶ μιᾶς ἤδη ἐν τῷ τοκετῷ ἀποθανούσης τετέχθαι τε καὶ περιεῖναι τῷ παιδίῳ ξυμβῆναι. ὅσοις μὲν οὖν μείζων τε ὁ βουβὼν ἤρετο καὶ ἐς πῦον ἀφῖκτο, τούτοις δὴ περιεῖναι τῆς νόσου ἀπαλλασσομένοις ξυνέβαινεν, ἐπεὶ δῆλον ὅτι αὐτοῖς ἡ ἀκμὴ ἐς τοῦτο ἐλελωφήκει τοῦ ἄνθρακος, γνώρισμά [V 321] τε τῆς ὑγιείας τοῦτο ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἐγίνετο· οἷς δὲ ὁ βουβὼν [B] ἐπὶ τῆς προτέρας ἰδέας διέμεινε, τούτοις περιειστήκει τὰ [H 80] κακὰ ὧν ἄρτι ἐμνήσθην. τισὶ δὲ αὐτῶν καὶ τὸν μηρὸν ἀποξηρανθῆναι ξυνέβη, ἐφ' οὗ ὁ βουβὼν ἐπαρθεὶς ὡς ἥκιστα ἔμπυος γέγονεν. ἄλλοις τε οὐκ ἐπ' ἀκεραίῳ τῇ γλώσσῃ περιγενέσθαι τετύχηκεν, ἀλλ' ἢ τραυλίζουσιν, ἢ μόλις τε καὶ ἄσημα φθεγγομένοις βιῶναι.

κγ'. Ἡ μὲν οὖν νόσος ἐν Βυζαντίῳ ἐς τέσσαρας διῆλθε [C] μῆνας, ἤκμασε δὲ ἐν τρισὶ μάλιστα. καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἔθνησκον τῶν εἰωθότων ὀλίγῳ πλείους, εἶτα ἔτι μᾶλλον τὸ κακὸν ἤρετο, μετὰ δὲ ἐς πεντακισχιλίους ἡμέρᾳ ἑκάστῃ ἐξικνεῖτο τὸ τῶν

2. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 3. ἦν om. L. 10. πῦον] πύον P. 13. ὑγιείας] ὑγείας P. ibid. ἐγίνετο A. ἐγένετο P.

cauto diligenter periculo morbum, vel hoc semel contracto mortem effugeret. Nam quod quis in morbum incideret, id sine causa; quod evaderet, casu fieri videbatur. Quotquot in utero gestabant foeminae, si peste tenebantur, illis ante oculos certa mors imminebat. Nam aliae abortum patientes, parientes aliae, confestim cum ipsis puerperiis fato fungebantur. Tres tamen puerperas, mortuis foetibus, superasse; contra uni in nixu extinctae editum partum superstitem fuisse ferunt. Quibus magis crescebat bubo atque in pus maturescebat, illi ex morbo assurgebant: propterea quod carbunculi vis iam emollita eo conciderat: quod quidem valetudinis recuperandae esse indicium satis constans usus docuerat. At quibus tuber eadem constabat facie, eos mala iam commemorata circumveniebant. Horum nonnullis femur exarescebat: quo fiebat, ut bubo quamvis tumidus, nihil puris conciperet. Fuere qui ex morbo evaserint, contracto linguae vitio; ita ut ea deinceps, quamdiu vixere, vel balba, vel prae stupore inexplanata usi sint.

23. Menses quatuor exegit pestis Byzantii: per tres admodum viguit. Initio quidem paulo plures solito moriebantur: deinde vero crudescente calamitate, morientium diebus singulis numerus ad quina millia

νεκρῶν μέτρον, καὶ αὖθις πάλιν ἐς μυρίους τε καὶ τούτων ἔτι πλείους ἦλθε. τὰ μὲν οὖν πρῶτα τῆς ταφῆς αὐτὸς ἕκαστος ἐπεμελεῖτο τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν νεκρῶν, οὓς δὴ καὶ ἐς ἀλλοτρίας θήκας ἐῤῥίπτουν ἢ λανθάνοντες ἢ βιαζόμενοι· ἔπειτα δὲ πάντα ἐν ἅπασι ξυνεταράχθη. δοῦλοί τε γὰρ ἔμειναν δεσποτῶν ἔρημοι, ἄνδρες τε τὰ πρότερα λίαν εὐδαίμονες τῆς τῶν οἰκετῶν ὑπουργίας ἢ νοσούντων ἢ τετελευτηκότων ἐστέρηντο, πολλαί τε οἰκίαι παντάπασιν ἔρημοι ἀνθρώπων ἐγένοντο. διὸ δή τισι ξυνέβη τῶν D γνωρίμων τῇ ἀπορίᾳ ἡμέρας πολλὰς ἀτάφοις εἶναι. ἔς τε βασιλέα ἡ τοῦ πράγματος πρόνοια, ὡς τὸ εἰκὸς, ἦλθε. στρατιώτας οὖν ἐκ παλατίου καὶ χρήματα νείμας Θεόδωρον ἐκέλευε τοῦ ἔργου τούτου ἐπιμελεῖσθαι, ὃς δὴ ἀποκρίσεσι ταῖς βασιλικαῖς ἐφειστήκει, ἀεὶ τῷ βασιλεῖ τὰς τῶν ἱκετῶν δεήσεις ἀγγέλλων, σημαίνων τε αὖθις ὅσα ἂν αὐτῷ βουλομένῳ εἴη. ῥαιφερενδάριον τῇ Λατίνων φωνῇ τὴν τιμὴν ταύτην καλοῦσι Ῥωμαῖοι. οἷς μὲν οὖν οὔπω παντάπασιν ἐς ἐρημίαν ἐμπεπτωκότα τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν ἐτύγχανεν, αὐτοὶ ἕκαστοι τὰς τῶν προσηκόντων ἐποιοῦντο ταφάς. P 146 Θεόδωρος δὲ τά τε βασιλέως διδοὺς χρήματα καὶ τὰ οἰκεῖα προσαναλίσκων τοὺς ἀπημελημένους τῶν νεκρῶν ἔθαπτεν. ἐπεὶ δὲ τὰς θήκας ἁπάσας, αἳ πρότερον ἦσαν, ἐμπιμπλασθαι τῶν νεκρῶν ἔτυχεν, οἱ δὲ ὀρύσσοντες ἅπαντα ἐφεξῆς τὰ ἀμφὶ τὴν πόλιν χωρία, ἐνταῦθά τε τοὺς θνήσκοντας κατατι-

1. αὖθις] αὖ L. 10. ἦλθε — Ἰσαάκιος (p. 148 d.) om. HL: habent AV. In paucos versus contraxit RV. 12. δὴ V. δὲ P. 13. ἀεὶ] αἰεὶ V. 14. ῥαιφερενδάριον V. ῥεφερενδάριον P. 16. οὔπω P. εἶπον AV. 20. ἐμπίμπλασθαι V. ἐμπίπλασθαι P.

excrevit; post etiam ad decem millia, immo et supra. Principio certe suos quisque domesticos vita functos sepeliebat: quos utique aliena in conditoria aut furtim aut per vim iaciebant: at omnia postmodum confusa perturbataque sunt. Nam et servi orbati dominis remansere, et cives antea fortunatissimi ab officiis famulorum deserti sunt, cum ii partim aegrotarent, partim naturae satis fecissent. Desolatae penitus erant domus permultae: unde fiebat, ut nonnulli prae domesticorum et necessariorum penuria dies plurimos insepulti iacerent. Huic rei providens, ut par erat, Augustus, datis e palatio militibus et pecunia, provinciam Theodoro demandavit. Is Principi a responsis erat, ad ipsum postulata supplicum deferens, eiusdemque placita renuntians: quem magistratum Romani Latina voce Referendarium appellant. Quorum igitur domus nondum viduata erat omnino, illorum quisque propinquis suis tumulos faciebat. Theodorus autem pecuniam Imperatoris et aliam insuper de suo elargiens, cadavera inopum humanda curabat. Postquam omnia, quaecunque prius facta extabant, sepulchra et conditoria mortuis oppleta sunt; tum iis, qui omnes continenter agros urbi circumiectos fodiebant

θέμενοι, ὡς ἕκαστός πη ἐδύνατο, ἀπηλλάσσοντο, ἔπειτα δὲ οἱ
τὰς κατώρυχας ταύτας ποιούμενοι πρὸς τῶν ἀποθνησκόντων τὸ
μέτρον οὐκέτι ἀντέχοντες ἐς τοὺς πύργους τοῦ περιβόλου ἀνέβαι-
νον, ὃς ἐν Συκαῖς ἐστί· τάς τε ὀροφὰς περιελόντες ἐνταῦθα ἐρ-
ρίπτουν τὰ σώματα οὐδενὶ κόσμῳ, καὶ ξυννήσαντες, ὥς πη ἑκά-
στῳ παρέτυχεν, ἐμπλησάμενοί τε τῶν νεκρῶν ὡς εἰπεῖν ἅπαντας,
εἶτα ταῖς ὀροφαῖς αὖθις ἐκάλυπτον. καὶ ἀπ' αὐτοῦ πνεῦμα δυσ- B
ῶδες ἐς τὴν πόλιν ἰὸν ἔτι μᾶλλον ἐλύπει τοὺς ταύτῃ ἀνθρώπους,
ἄλλως τε ἢν καὶ ἄνεμός τις ἐκεῖθεν ἐπίφορος ἐπιπνεύσειε.

Πάντα τε ὑπερώφθη τότε τὰ περὶ τὰς ταφὰς νόμιμα. οὔτε
γὰρ παραπεμπόμενοι ᾗ νενόμισται οἱ νεκροὶ ἐκομίζοντο οὔτε κα-
ταψαλλόμενοι ᾗπερ εἰώθει, ἀλλ' ἱκανὸν ἦν, εἰ φέρων τις ἐπὶ
τῶν ὤμων τῶν τετελευτηκότων τινὰ ἔς τε τῆς πόλεως τὰ ἐπιθα-
λάσσια ἐλθὼν ἔρριψεν, οὗ δὴ ταῖς ἀκάτοις ἐμβαλλόμενοι σωρη-
δὸν ἔμελλον ὅπη παρατύχοι κομίζεσθαι. τότε καὶ τοῦ δήμου
ὅσοι στασιῶται πρότερον ἦσαν, ἔχθους τοῦ ἐς ἀλλήλους ἀφέ-
μενοι τῆς τε ὁσίας τῶν τετελευτηκότων κοινῇ ἐπεμέλοντο καὶ φέ- C
ροντες αὐτοὶ τοὺς οὐ προσήκοντας σφίσι νεκροὺς ἔθαπτον. ἀλλὰ
καὶ ὅσοι πράγμασι τὰ πρότερα παριστάμενοι αἰσχροῖς τε καὶ πο-
νηροῖς ἔχαιρον, οἵδε τὴν ἐς τὴν δίαιταν ἀποσεισάμενοι παρανο-
μίαν τὴν εὐσέβειαν ἀκριβῶς ἤσκουν, οὐ τὴν σωφροσύνην μετα-
μαθόντες οὐδὲ τῆς ἀρετῆς ἐρασταί τινες ἐκ τοῦ αἰφνιδίου γεγενη- V 322

5. ξυννήσαντες] ξυνήσαντες V. ξενήσαντες A. ξυνήκαντες P. 15. παρατύχοι] Vulgo παρατύχῃ. 20. οἵδε] οἱ δὲ V. οἱ δέ A. *ibid.* τὴν ἐς] τινες A.

defunctosque ibi componebant, quo quisque potuit, dilapsis, alii fossores oppressi numero morientium, turres murorum Sycaeorum ascendunt. Eversis illarum tectis, temere proiiciebant intro cadavera. His demum, ut quodque sors offerebat, compactis, cum turres fere omnes implessent, eas tectis denuo operuerunt. Graveolens inde spiritus, ad urbem diffusus, maxime si quis huc ferens illinc ventus perflaret, in dies molestior civibus accidebat.

Nullus tunc locus erat exequiarum iustis ac ritibus. Neque enim comitatu, ut mos est, nec sueto cantu cohonestati mortui efferebantur: sed putabatur id satis esse, si quis corpus ad maritimam urbis regionem baiularet, ibique proiiceret: ubi deinde in actuarias naves imposita acervatim cadavera, quocunque fortuna ferret, vehenda erant. Eo quoque tempore quotquot e populo in factiones antea divisi fuerant, odio, quo inter se dissidebant, deposito, accurabant funera in commune, et alienos mortuos sepultura ipsimet afficiebant. Quin etiam obscoenis voluptatibus dediti, et qui sceleribus se oblectabant, effraeni valere iussa vitae licentia, sedulo officia religionis colebant, non quod turpia dedocti continentiam didicissent, ac virtutis amatores evasissent repente: siquidem

μένοι· ἐπεὶ τοῖς ἀνθρώποις ὅσα ἐμπέπηγε φύσει ἢ χρόνου μακροῦ διδασκαλίᾳ ῥᾷστα δὴ οὕτω μεταβάλλεσθαι ἀδύνατά ἐστιν, ὅτι μὴ θείου τινὸς ἀγαθοῦ ἐπιπνεύσαντος· ἀλλὰ τότε ὡς εἰπεῖν ἅπαντες καταπεπληγμένοι μὲν τοῖς συμπίπτουσι, τεθνήξεσθαι δὲ αὐ- D *τίκα δὴ μάλα οἰόμενοι, ἀνάγκῃ, ὡς τὸ εἰκὸς, πάσῃ τὴν ἐπιείκειαν ἐπὶ καιροῦ μετεμάνθανον. ταῦτά τοι, ἐπειδὴ τάχιστα τῆς νόσου ἀπαλλαγέντες ἐσώθησαν ἔν τε τῷ ἀσφαλεῖ γεγενῆσθαι ἤδη ὑπετόπασαν, ἅτε τοῦ κακοῦ ἐπ' ἄλλους ἀνθρώπων τινὰς κεχωρηκότος, ἀμφίστροφον αὖθις τῆς γνώμης τὴν μεταβολὴν ἐπὶ τὰ χείρω πεποιημένοι μᾶλλον ἢ πρότερον τὴν τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀτοπίαν ἐνδείκνυνται, σφᾶς αὐτοὺς μάλιστα τῇ τε πονηρίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ παρανομίᾳ νενικηκότες· ἐπεὶ καὶ ἀπισχυρισάμενος ἄν τις οὐ τὰ ψευδῆ εἴποι ὡς ἡ νόσος ἥδε εἴτε τύχῃ τινὶ εἴτε προνοίᾳ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀπολεξαμένη τοὺς πονηροτάτους ἀφῆκεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῷ ὑστέρῳ ἀποδέδεικται χρόνῳ.*

P 147 *Τότε δὲ ἀγοράζοντά τινα οὐκ εὐπετὲς ἐδόκει εἶναι ἔν γε Βυζαντίῳ ἰδεῖν, ἀλλ' οἴκοι καθήμενοι ἅπαντες, ὅσοις ξυνέβαινε τὸ σῶμα ἐρρῶσθαι, ἢ τοὺς νοσοῦντας ἐθεράπευον, ἢ τοὺς τετελευτηκότας ἐθρήνουν. ἢν δέ τις καὶ προϊόντι τινὶ ἐντυχεῖν ἴσχυσεν, ὅδε τῶν τινα νεκρῶν ἔφερεν. ἐργασία τε ξύμπασα ἤργει καὶ τὰς τέχνας οἱ τεχνῖται μεθῆκαν ἁπάσας, ἔργα τε ἄλλα ὅσα δὴ ἕκαστοι ἐν χερσὶν εἶχον. ἐν πόλει γοῦν ἀγαθοῖς ἅπασιν*

3. *τότε*] *τό γε* PV. 5. *πάσῃ*] *πᾶσι* A. *ibid.* *τὴν* add. AV: om. P. 7. *ἔν τε*] *ἐν δὲ* A. 11. *ἐνδείκνυνται* V. *ἐδείκνυντο* P. 13. *εἴτε — εἴτε*] *ἤτε — ἤτε* V. 16. *εὐπετὲς*] *εὐπετῶς* A. 20. *ὅδε*] *ὁ δὲ* V. *ibid.* *νεκρῶν*] *νεκρὸν* A. 22. *γοῦν* AV. *οὖν* P.

quae hominibus vel natura, vel diuturno usu ac disciplina inolevere, ea ut tam facile mutentur fieri nequit, nisi divinum quiddam afflarit mentem: sed quia fere plerique casibus, quos videbant, attoniti, proxime sibi impendere mortem credebant, summa scilicet necessitate adacti modestiam ex tempore discebant. Hac de causa ut primum e morbo fuerant recreati, induxerantque in animum defunctos iam se esse periculo, tanquam si alio longe migrasset lues, mente retro in deterius versa, multo magis quam antea dissoluti, se ipsi improbitate atque omni flagitiorum genere superabant: ut vere quis possit dicere, pestem illam, seu casu aliquo, seu providentia, quasi delectu diligenter habito, sceleratissimos quosque reliquisse. Sed haec postea clarius patuerunt.

Tunc autem Byzantii non erat facile videre versantem in foro quempiam: sed quicunque corpore erant valido, domi se continentes, vel inserviebant aegrotis, vel mortuos lugebant. Si quis in publico quemquam offendebat, is cadaver portabat aliquod. Cessarat omnis negotiatio: omnes artifices suas artes desierant, et quaelibet quivis intermiserat opera, quae habebat in manibus. Hinc nata extrema fames, in civitate,

ἀτεχνῶς εὐθηνούσῃ λιμός τις ἀκριβὴς ἐπεκώμαζεν. ἄρτον ἀμέλει ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν διαρκῶς ἔχειν χαλεπόν τε ἐδόκει καὶ λόγου πολ- B λοῦ ἄξιον εἶναι· ὥστε καὶ τῶν νοσούντων τισὶν ἄωρον ξυμβῆναι δοκεῖν ἀπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων τὴν τοῦ βίου καταστροφήν. καὶ τὸ ξύμπαν εἰπεῖν, χλαμύδα οὐκ ἦν ἐνδιδυσκόμενόν τινα ἐν Βυζαντίῳ τὸ παράπαν ἰδεῖν, ἄλλως τε ἡνίκα βασιλεῖ νοσῆσαι ξυνέβη (καὶ αὐτῷ γὰρ ξυνέπεσε βουβῶνα ἐπῆρθαι), ἀλλ' ἐν πόλει βασιλείαν ἐχούσῃ ξυμπάσης τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἱμάτια ἐν ἰδιωτῶν λόγῳ ἅπαντες ἀμπεχόμενοι ἡσυχῇ ἔμενον. τὰ μὲν ἀμφὶ τῷ C λοιμῷ ἔν τε τῇ ἄλλῃ Ῥωμαίων γῇ καὶ ἐν Βυζαντίῳ ταύτῃ πῃ ἔσχεν. ἐπέσκηψε δὲ καὶ ἐς τὴν Περσῶν γῆν καὶ ἐς βαρβάρους τοὺς ἄλλους ἅπαντας.

κδ'. Ἐτύγχανε δὲ ὁ Χοσρόης ἐξ Ἀσσυρίων ἐς χωρίον D Ἀδαρβιγάνων ἥκων πρὸς βορρᾶν ἄνεμον, ἔνθεν διενοεῖτο ἐς τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διὰ Περσαρμενίων ἐσβάλλειν. τὸ μέγα πυρεῖον ἐνταῦθά ἐστιν, ὃ σέβονται Πέρσαι θεῶν μάλιστα. οὗ δὴ τὸ πῦρ ἄσβεστον φυλάσσοντες μάγοι τά τε ἄλλα ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐξοσιοῦνται καὶ μαντείῳ ἐς τῶν πραγμάτων τὰ μέγιστα χρῶνται. τοῦτ' ἔστι τὸ πῦρ, ὅπερ Ἑστίαν ἐκάλουν τε καὶ ἐσέβοντο ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ῥωμαῖοι. ἐνταῦθα σταλείς τις ἐκ Βυζαντίου παρὰ Χοσρόην ἀπήγγελλε Κωνσταντιανόν τε καὶ Σέργιον πρέσβεις

2. ἄλλ' A. ἄλλο P. 3. ἄωρον] ἀώρων AV. 14. Ἀδαρβιγάνων] Scribebatur Ἀρδαβιγάνων. *Ardabigaram* RV. Conf. p. 148 c. 19. τοῦτ' ἔστι] τοῦτό ἐστι V.

quae bonis omnibus circumfluere solebat, sine lege ac more desaeviit. Panem certe aliudve quidpiam habere, quantum satis esset, difficile et magnum ducebatur: unde et derelictis quibusdam aegris immatura mors per inopiam cibi contigit. Ac ne multa, neminem videre erat Byzantii chlamydatum, maxime quando aeger decubuit Imperator (nam et ipsi quoque bubo intumuit) sed in urbe Regio universi Rom. Imperii fastigio decorata omnes privatorum hominum ritu vestiti, se domo tenebant. Ita demum quae ad pestilentiam attinent cum Byzantii tum in reliquo Rom. Imperio se habuerunt. Persas etiam omnesque Barbaros illa incessit.

24. Ex Assyria Chosroes, Septentrionem versus, Ardabigana sese contulerat: unde in Romanum Imperium per Persarmeniam irrumpere cogitabat. Magnum ibi pyreum est, Persis maximo prae diis omnibus in honore: ubi ignem inextinctum foventes Magi cum alia sacra procurant studiose, tum in gravioris momenti rebus oraculum consulunt. Hic ille ignis est quem Romani Vestam vocabant, ac superiori memoria venerabantur. Illuc missus quidam Byzantio ad Chosroem, legatos de pace Constantianum ac Sergium primo quoque die affore renuntiavit. Ambo advocati erant, et viri cum primis intelligentes: Illyrius natione Constantianus; Edessa, quae est in Mesopotamia, oriundus Sergius: qui-

ἐς αὐτὸν ἐπὶ τῇ ξυμβάσει αὐτίκα δὴ μάλα ἀφίξεσθαι. ἤστην δὲ τὼ ἄνδρε τούτω ῥήτορέ τε ἄμφω καὶ ξυνετὼ ἐς τὰ μάλιστα, Κωνσταντιανὸς μὲν Ἰλλυριὸς γένος, Σέργιος δὲ ἐξ Ἐδέσσης πόλεως, ἣ ἐν Μεσοποταμίᾳ τυγχάνει οὖσα. οὓς δὴ ὁ Χοσρόης
P 148 προσδεχόμενος ἡσυχῇ ἔμενεν. ἐν δὲ τῇ πορείᾳ ταύτῃ Κωνσταν-
V 323 τιανοῦ νοσήσαντος καὶ χρόνου τριβέντος συχνοῦ τὸν λοιμὸν ἐπισκῆψαι Πέρσαις ξυνέπεσε. διὸ δὴ Ναβέδης τηνικαῦτα ἐν Περσαρμενίοις τὴν στρατηγίδα ἔχων ἀρχὴν Ἐνδούβιον, τὸν Χριστιανῶν ἱερέα, βασιλέως ἐπαγγείλαντος παρὰ Βαλεριανὸν τὸν ἐν Ἀρμενίοις στρατηγὸν ἔπεμψεν, αἰτιασόμενόν τε τὴν τῶν πρέσβεων βραδυτῆτα καὶ Ῥωμαίους ἐς τὴν εἰρήνην ὁρμήσοντα προθυμίᾳ τῇ πάσῃ. καὶ ὃς ξὺν τῷ ἀδελφῷ εἰς Ἀρμενίους ἥκων, τῷ τε Βαλεριανῷ ἐντυχὼν, αὐτός τε Ῥωμαίοις ἅτε Χριστιανὸς ἰσχυρίζετο εὐνοϊκῶς ἔχειν καί οἱ βασιλέα Χοσρόην πείθεσθαι ἀεὶ ἐς βουλὴν πᾶσαν· ὥστε ἢν Ῥωμαίων οἱ πρέσβεις ἐς τὰ Περσῶν
Anthemium senatorem, divitiis et splendore generis inclytum, ut arma adversus Vandalos coniuncte moveret, iam Leo praemiserat in Occidentem, cuius etiam Imperatorem ipsum creaverat, praeterito Olybrio, cui Gizericus, utpote Placidiae Valentiniani filiae marito, et propter affinitatem amico, Imperium petiverat maximopere. Repulsa irritatus, ditionem omnem Imperatoris vastavit. Erat in Dalmatia Marcellianus, vir nobilis, et olim familiaris Aëtio; quo, uti supra narravimus, interfecto, obsequium abnuerat Imperatori, quin etiam novatis rebus, et provincialibus ad defectionem pertractis Dalmatiae dominatum

τος, οὐδενός οἱ ἐς χεῖρας ἰέναι τολμήσαντος. τοῦτον δὴ τὸν Μαρκελλιανὸν τότε Λέων βασιλεὺς εὖ μάλα τιθασεύων προσεποιήσατο, καὶ ἐς Σαρδὼ τὴν νῆσον ἐκέλευεν ἰέναι, Βανδίλων P 192 κατήκοον οὖσαν. ὁ δὲ αὐτὴν Βανδίλους ἐξελάσας οὐ χαλεπῶς ἔσχεν. Ἡράκλειος δὲ σταλεὶς ἐκ Βυζαντίου εἰς Τρίπολιν τὴν ἐν Λιβύῃ, νικήσας τε μάχῃ τοὺς ταύτῃ Βανδίλους, τάς τε πόλεις ῥᾳδίως εἷλε καὶ τὰς ναῦς ἐνταῦθα ἀπολιπὼν πεζῇ τὸ στράτευμα ἐς Καρχηδόνα ἦγε. τὰ μὲν οὖν τοῦ πολέμου προοίμια τῇδε ἐφέρετο.

Βασιλίσκος δὲ τῷ παντὶ στόλῳ ἐς πόλισμα κατέπλευσε, Καρχηδόνος διέχον οὐχ ἧσσον ἢ ὀγδοήκοντά τε καὶ διακοσίοις σταδίοις (Ἑρμοῦ δὲ νεὼς ἐνταῦθα ἐκ παλαιοῦ ἐτύγχανεν ὤν, ἀφ' οὗ δὴ καὶ Μερκούριον ὁ τόπος ἐκλήθη· οὕτω γὰρ τὸν Ἑρμῆν καλοῦσι Ῥωμαῖοι), καὶ εἰ μὴ ἐθελοκακήσας ἐμέλλησεν, ἀλλ' εὐθὺ B ἐπεχείρησε Καρχηδόνος ἰέναι, αὐτήν τε ἂν αὐτοβοεὶ εἷλε καὶ Βανδίλους ἐς οὐδεμίαν ἀλκὴν τραπομένους κατεδουλώσατο. οὕτω Γιζέριχος Λέοντα ὡς ἄμαχον βασιλέα κατωρρώδησεν, ἐπεί οἱ Σαρδώ τε καὶ Τρίπολις ἁλοῦσαι ἠγγέλλοντο καὶ τὸν Βασιλίσκου στόλον ἑώρα οἷος οὐδείς πω ἐλέγετο Ῥωμαίοις πρότερον γεγενῆσθαι. νῦν δὲ τοῦτο ἐκώλυσεν ἡ τοῦ στρατηγοῦ μέλλησις, εἴτε κακότητι εἴτε προδοσίᾳ προσγενομένη. Γιζέριχος δὲ τῆς Βασιλίσκου ὀλιγωρίας ἀπολαύων ἐποίει τάδε. ὁπλίσας ἅπαντας ὡς V 355

2. τιθασεύων] τιθασσεύων P. 3. ἐκέλευεν AHL. ἐκέλευσεν P. 4. Βανδίλους] βανδήλους L. 10. παντὶ] Vulgo παντί τε.

invaserat, nemine se offerente, qui conferre manum auderet. Marcellianum hunc Leo blanditiis conciliatum perpulit, ut Sardiniam, tum subditam Vandalis, aggrederetur. Is haud aegre exactis Vandalis, insula potitus est. Tum quoque missus Byzantio Heraclius, ad Tripolin Africae fusis acie Vandalis, urbes facile cepit, atque ibi relictis navibus, copias terrestri itinere Carthaginem versus duxit. Ita se habebant belli praeludia.

Basiliscus vero universam classem ad oppidulum appulit, stadiis non minus 280. Carthagine dissitum; cui ex vetusto fano Mercurii (sic Romani appellant) datum est Mercurii nomen. Ac si tempus non duxisset, composito cessans, sed recta Carthaginem perrexisset, ipsam primo cepisset aditu, et Vandalos subegisset, quorum animi ad vim minime spectabant: adeo Gizericum Leo terruerat, visu illi Imperator invictus, ex quo nuntius de Sardinia ac Tripoli receptis venerat, et apparuerat eam esse Basilisci classem, cui parem nullam habuisse unquam Romani dicerentur. At successum impediit ducis cunctatio, quam vel ignavia, vel proditio peperit. Gizericus opportunitate, quam oscitatio Basilisci praebebat, apposite utens, hoc egit. Cum subditos, quoad eius facere poterat, omnes armasset, illis maiores naves implevit: vacuas ac celeres

ἄριστα εἶχε τοὺς ὑπηκόους ἐπλήρου τὰς ναῦς, ἄλλας τε κενὰς
C ἀνδρῶν καὶ ὡς τάχιστα πλεούσας ἐν παρασκευῇ εἶχε. πέμψας δὲ πρέσβεις ὡς Βασιλίσκον ἐδεῖτο τὸν πόλεμον ἐς πέντε ἡμερῶν ὑπερβαλέσθαι χρόνον, ὅπως μεταξὺ βουλευσάμενος ἐκεῖνα ποιοίη ἃ δὴ μάλιστα βασιλεῖ βουλομένῳ εἴη. λέγουσι δὲ αὐτὸν καὶ χρυσίου πολύ τι χρῆμα κρύφα τῆς Βασιλίσκου στρατιᾶς πέμψαντα ταύτην δὴ τὴν ἐκεχειρίαν ὠνήσασθαι. ἔπρασσε δὲ ταῦτα οἰόμενος, ὅπερ ἐγένετο, πνεῦμα ἐπίφορον ἐν τούτῳ οἱ τῷ χρόνῳ γε-
H 99 νήσεσθαι. Βασιλίσκος δὲ ἢ Ἄσπαρι καθάπερ ὑπέστη χαριζόμενος ἢ τὸν καιρὸν χρημάτων ἀποδιδόμενος, ἢ καὶ βέλτιον αὐτῷ ἐνομίσθη, ἐποίει τε τὰ αἰτούμενα καὶ ἡσύχαζεν ἐν τῷ στρατοπέ-
D δῳ, τὴν εὐκαιρίαν προσδεχόμενος τῶν πολεμίων. οἱ δὲ Βανδίλοι, ἐπειδὴ σφίσι τάχιστα τὸ πνεῦμα ἐγεγόνει, ὃ δὴ τέως καραδοκοῦντες ἐκάθηντο, ἀράμενοί τε τὰ ἱστία καὶ τὰ πλοῖα ἀφέλκοντες ὅσα αὐτοῖς ἀνδρῶν κενά, ὥσπερ μοι πρότερον εἴρηται, παρεσκεύαστο, ἔπλεον ἐπὶ τοὺς πολεμίους. ὡς δὲ ἀγχοῦ ἐγένοντο, πῦρ ἐν τοῖς πλοίοις ἐνθέμενοι, ἃ δὴ αὐτοὶ ἐφέλκοντες ἦγον, κεκολπωμένων αὐτοῖς τῶν ἱστίων, ἀφῆκαν ἐπὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον. ἅτε δὲ πλήθους ὄντος ἐνταῦθα νηῶν, ὅπῃ τὰ πλοῖα ταῦτα προσπίπτοιεν, ἔκαιόν τε ῥᾳδίως καὶ αὐτὰ οἷς ἂν
P 193 ξυμμίξαιεν ἑτοίμως ξυνδιεφθείρετο. οὕτω δὲ τοῦ πυρὸς ἐπιφερο-

1. ἄλλας] ἴσ. ἄλλως Hm: frustra. 10. ἢ καὶ βέλτιον αὐτῷ ἐνομίσθη] Themistius p. 59, 13. ὅσοι δὲ ὑπ᾽ ἀσθενείας ἢ τῆς πρὸς τὸ τελεῖν εὐλαβείας ἢ καὶ βέλτιον αὐτοῖς ἐνομίσθη μένειν, οὗτοι —. ubi Iacobsius ἢ ὅτι καὶ requirebat. 11. ἐποίει τε] ἐποίησέ L. 20. αὐτὰ] αὐτοὶ HL. αὐτοῖς Grotius.

cymbas praesto iussit esse: tum per caduceatores Basiliscum rogavit, ut praelium in diem ab illo quintum reiiceret: hoc interim spatio re deliberata, se confecturum promisit, quae maxime e sententia forent Imperatoris. Fertur etiam grandem auri summam misisse, inscieute exercitu Basilisci, itaque has inducias emisse. Quae quidem praestitit, ea spe ductus, fore ut, quod et contigit, secundus ventus hoc temporis intervallo oriretur. Basiliscus, sive, uti receperat, Aspari gratificaretur, sive tempus rei bene gerendae idoneum pecunia venderet, sive id satius sibi esse existimaret, postulatis annuit, seque continuit in castris, commodum hosti tempus opperiens. Vandali, simul ventus surrexit, quem avide exspectando, nondum se loco moverant; statim vela attollere, et navigia vacua, quae, ut supra monui, habebant in expedito, trahentes, ad hostem contendere. Provecti propius, ignem scaphis remulco actis iniiciunt, velisque sinuatis, eas in castra navalia Romanorum dimittunt: ubi quoniam densae rates erant, quocunque scaphae illae inciderent, flammam facile communicabant, et cum iis pariter, quibus erant permistae, protinus corrumpebantur. Ita grassante incendio, Romana classis tu-

μένον θόρυβός τε, ὡς τὸ εἰκὸς, εἶχε τὸν Ῥωμαίων στόλον καὶ κραυγῆς μέγεθος τῷ τε πνεύματι καὶ τῷ τῆς φλογὸς βόμβῳ ἀντιπαταγούσης μάλιστα, καὶ τῶν στρατιωτῶν ὁμοῦ τοῖς ναύταις ἀλλήλοις ἐγκελευομένων καὶ τοῖς κοντοῖς διωθουμένων τά τε πυρφόρα πλοῖα καὶ τὰς σφῶν αὐτῶν ναῦς ὑπ' ἀλλήλων διαφθειρομένας οὐδενὶ κόσμῳ. ἤδη δὲ καὶ οἱ Βανδίλοι παρῆσαν βάλλοντές τε καὶ καταδύοντες καὶ αὐτοῖς ὅπλοις τοὺς διαφεύγοντας τῶν στρατιωτῶν ληιζόμενοι. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ἄνδρες ἀγαθοὶ Ῥωμαίων ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ ἐγένοντο, καὶ πάντων μάλιστα Ἰωάννης, ὑποστράτηγός τε ὢν Βασιλίσκου καὶ οὐδ' ὁπωστιοῦν τῆς ἐκείνου B προδοσίας μεταλαχών. περιστάντος γὰρ ὁμίλου πολλοῦ τὴν αὐτοῦ ναῦν, ἔκτεινε μὲν ἐπιστροφάδην ἀπὸ τοῦ καταστρώματος πολύ τι τῶν πολεμίων πλῆθος, ὡς δὲ ἁλισκομένης ᾔσθετο τῆς νεὼς, ἥλατο ξὺν πάσῃ τῇ τῶν ὅπλων σκευῇ ἀπὸ τῶν ἰκρίων εἰς θάλασσαν. πολλὰ μὲν οὖν αὐτὸν ἐλιπάρει Γένζων ὁ Γιζερίχου, πιστά τε παρεχόμενος καὶ σωτηρίαν προτεινόμενος, ὁ δὲ οὐδὲν ἧσσον ἐς θάλασσαν καθῆκε τὸ σῶμα, ἐκεῖνο μόνον ἀποφθεγξάμενος, ὡς οὐ μή ποτε Ἰωάννης ὑπὸ χερσὶ κυνῶν γένηται. ὁ μὲν δὴ πόλεμος οὗτος ἐς τοῦτο ἐτελεύτα καὶ Ἡράκλειος ἐπ' οἴκου C ἀπεκομίσθη· Μαρκελλιανὸς γὰρ πρός του τῶν συναρχόντων ἀπώλετο δόλῳ. Βασιλίσκος δὲ ἀφικόμενος ἐς Βυζάντιον ἱκέτης ἐκάθητο ἐς τὸ ἱερὸν τοῦ μεγάλου Χριστοῦ τοῦ θεοῦ (Σοφίας κα-

2. τῷ τῆς] τῷ τᾶς L. 6. Βανδίλοι] Vulgo Βάνδιλοι. 8. οἳ καὶ HL. καὶ om. P. 11. γὰρ] δὲ L. 14. ἥλατο] ἥλλατο AL. 19. Ἡράκλειος] ἡράκλεις L. 22. Σοφίας] σοφίαν L.

multu, ut res ferebat, misceri, et confremere clamore insano; qui vento murmuranti ac flammis crepitantibus respondebat: scilicet hortatibus mutuis accendebant se milites et nautae inter se confusi, et cum scaphas incendiarias, tum suas etiam naves, quae in summa perturbatione sibi invicem erant exitio, contis trudebant. Iam etiam ingruere Vandali, tela mittere, mersare undis, et cum armis fugientem Romanum militem spoliare. Quanquam inter Romanos non defuere, qui se in hoc praelio viros animosos praestiterint. Primas tulit Ioannes Basilisci legatus, proditionis illius minime consors. Siquidem magno hostium numero circumvadente eius navim, ipse in orbem discursans, multos e foris cecidit, utque illam teneri vidit, cum armis omnibus praecipitem se in aequor egit ex tabulatis. Precibus quidem talem virum Genzo Gizerici filius revocabat, dans ipsi fidem ac salutem offerens: nihilo is minus se in profundum demersit, hoc unum effatus, nunquam venturum Ioannem in manus canum. Hic illius belli exitus fuit. Heraclius domum redit, iam extincto Marcelliano fraude cuiusdam ex ipsius collegis. Revectus Byzantium Basiliscus, asylum petiit, iacuitque supplex in aede, quae magno Christo Deo sacra est, et Sophiae templum dicitur a Byzantinis, hanc

λοῦσιν οἱ Βυζάντιοι τὸν νεὼν, ταύτην δὴ μάλιστα τῷ θεῷ πρέπειν τὴν ἐπωνυμίαν ἡγούμενοι), ἐξαιτησαμένης δὲ Βηρίνης τῆς βασιλίδος τὸν μὲν κίνδυνον τοῦτον διέφυγεν, ἐς βασιλείαν δὲ τότε παρελθεῖν, ἧς δὴ ἕνεκα πάντα αὐτῷ εἴργαστο, οὐχ οἷός τε ἦν. Λέων γὰρ βασιλεὺς οὐ πολλῷ ὕστερον Ἄσπαρά τε καὶ Ἀρδαβούριον ἐν παλατίῳ διέφθειρεν, ἐπεί οἱ θάνατον ἐπιβουλεύειν αὐτοὺς ὑπετόπησε. ταῦτα μὲν οὖν ἐγένετο τῇδε.

D ζ'. Ἀνθέμιος δὲ ὁ τῶν δυσμῶν αὐτοκράτωρ πρὸς τοῦ κη-
V 356 δεστοῦ Ῥεκίμερος διαφθαρεὶς ἐτελεύτα, Ὀλύβριός τε τὴν βασι-
P 194 λείαν ἐκδεξάμενος ὀλίγῳ ὕστερον χρόνῳ τὴν ὁμοίαν πεπρωμένην ἀνέπλησε. τελευτήσαντος δὲ καὶ Λέοντος ἐν Βυζαντίῳ, παρέλαβε τὴν βασιλείαν Λέων ὁ Ζήνωνός τε καὶ Ἀριάδνης τῆς Λέοντος θυγατρὸς, ἐς ἡμερῶν ἔτι ὀλίγων που ἡλικίαν ἥκων. αἱρεθέντος δὲ ξυμβασιλέως αὐτῷ τοῦ πατρὸς, αὐτίκα δὴ μάλα ὁ παῖς ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο. ἄξιον δὲ καὶ Μαϊορίνου ἐπιμνησθῆναι, ὃς δὴ πρότερον ἔσχε τὸ ἑσπέριον κράτος. οὗτος γὰρ ὁ Μαϊορῖνος, ξύμπαντας τοὺς πώποτε Ῥωμαίων βεβασιλευκότας ὑπεραίρων ἀρετῇ πάσῃ, τὸ Λιβύης πάθος οὐκ ἤνεγκε πρᾴως, ἀλλὰ στρατιὰν ἐπὶ Βανδίλους ἀξιολογωτάτην ἀγείρας ἐν Λιγούροις ἐγέ-
B νετο, αὐτὸς τῷ στρατῷ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐξηγεῖσθαι διανοούμενος, ἔς τε τοὺς ἄλλους πόνους καὶ οὐχ ἥκιστα ἐς τοὺς κινδύνους κομιδῇ ἄοκνος. οὐκ ἀξύμφορον δέ οἱ ἡγούμενος εἶναι δύναμίν τε τῶν Βανδίλων καὶ τὸ Γιζερίχου ἦθος διερευνήσασθαι πρό-

5. Ἀρδαβούριον] ἀνδαβούριον HL. *Ardaburius* supra p. 182 d. et saepius in Excerptis Legationum. 9. Ὀλύβριος] ὀλίβρυος HL. 16. ἔσχε A. εἶχε P. 19. ἀγείρας L. ἐγείρας P.

appellationem Deo aptissime convenire censentibus. Atque ille quidem Verinae Augustae deprecatione periculum evasit; sed Imperium, cuius causa nihil non egerat, tunc adipisci non potuit, ob consecutam brevi necem Asparis et Ardaburii, quos in palatio Leo Aug. occidi iussit, insidias vitae suae ab illis paratas suspicatus. Haec ibi ita gesta.

7. Imperator Occidentis Anthemius a Recimere genero confossus occubuit. Olybrius paucis post susceptum Imperium mensibus vitam fato simili clausit. Mortuo quoque Byzantii Leone, successit in eius locum alter Leo, Zenonis filius et Ariadnes filiae Leonis. Illi parum aetatis adhuc habenti consors adoptatus est pater: sed brevi puer ab hominibus demigravit. Ante haec, Occidentis Imperium obtinuerat Maiorinus, de quo sine iniuria tacere nequeo. Hic enim Romanis Imperatoribus, quotquot unquam fuerunt, antecellens virtute, cuius numeros omnes continebat, Africae cladem non remisso animo tulit; sed in Liguria florentissimum exercitum adversus Vandalos conflavit, utque vir erat ad labores quosvis et discrimina belli impiger, eum ipse constituit in hostes ducere. Ratus autem operae pretium esse, prius explorare et Vandalorum vires

τερον καὶ ὅπη ποτὲ Μαυρούσιοί τε καὶ Λίβυες εὐνοίας τε καὶ ἔχθους πέρι ἐς αὐτοὺς κατέστησαν, αὐτὸς τοῦ τοιούτου ἔργου τελεστὴς γενέσθαι ἔγνω. πρεσβευτὴς οὖν ὡς δὴ ἐκ βασιλέως παρὰ τὸν Γιζέριχον ἐστάλη, ἄλλο τι αὐτῷ ὄνομα ξυμπεπλασμένον ἐπενεγκών. δείσας δὲ μὴ καταφανὴς γεγονὼς αὐτός τε κακόν τι λάβῃ καὶ τὰ πρασσόμενα διακωλύσῃ, μηχανᾶται τοιάδε. τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας (διαβόητοι γὰρ ἦσαν ἐς πάντας ἀνθρώπους ὅτι δὴ οὕτω ξανθαὶ εἶεν ὥστε χρυσῷ ἀκιβδήλῳ εἰκάζεσθαι) βαφῇ H 100 τινι χρίσας ἐς τοῦτο ἐξεπίτηδες ἐξευρημένῃ ἐπὶ καιροῦ μεταβαλεῖν C ἐς τὸ κυάνεον παντελῶς ἴσχυσεν. ἐπεὶ δὲ Γιζερίχῳ ἐς ὄψιν ἦλθε, τά τε ἄλλα ὁ Γιζέριχος αὐτὸν ἐνεχείρει δεδίσσεσθαι καὶ ἅτε φίλον ἐπαγαγόμενος ἐς τὸ οἴκημα ἦλθεν, οὗ δὴ τὰ ὅπλα ξυνέκειτο πάντα, πολλά τε καὶ ἀξιολογώτατα ὑπερφυῶς ὄντα. ἐνταῦθά φασι τὰ ὅπλα κινηθέντα ἐκ τοῦ αὐτομάτου πάταγον οὐ μέτριον οὐδὲ τὸν τυχόντα ἀφεῖναι, καὶ τότε μὲν τῷ Γιζερίχῳ σεισμόν τινα γεγονέναι δοκεῖν, ἔξω δὲ γινομένῳ ἀμφί τε τῷ σεισμῷ ἀναπυνθανομένῳ, ἐπεί οἱ τῶν ἄλλων οὐδεὶς ὡμολόγει, θαῦμα μὲν ἐπιπεσεῖν μέγα, οὐ μέντοι ξυμβαλεῖν τὸ γεγονὸς οἵῳ τε εἶναι. ὁ μὲν οὖν Μαϊορῖνος διαπεπραγμένος ἅπερ ἐβούλετο ἐπὶ Λιγου- D ρίας ἀπεκομίσθη, καὶ τῷ στρατῷ πεζῇ βαδίζοντι ἐξηγούμενος ἐπὶ στήλας τὰς Ἡρακλείους ᾔει, διαβαίνειν μὲν διανοούμενος τὸν ἐκείνῃ πορθμόν, ὁδῷ δὲ τὸ λοιπὸν ἐπὶ Καρχηδόνα ἐνθένδε ἰέναι. ὧνπερ ὁ Γιζέριχος αἰσθόμενος καὶ ὅτι δὴ πρὸς Μαϊορίνου ἐν τῇ

1. καὶ ἔχθους] Vulgo ἢ ἔχθους. 4. αὐτῷ] αὐτῷ P. 9. μεταβαλεῖν] μεταλαβεῖν LHm.

et ingenium Gizerici: item quam bene vel male animati in ipsos essent tum Mauri, tum Afri; hanc provinciam sibi sumpsit. Itaque legati Caesarei induta persona cum fictitio quodam nomine, iter intendit ad Gizericum, ac veritus ne, si forte agnosceretur, infortunio multaretur aliquo, et incepta turbaret, artem huiusmodi excogitavit. Quoniam fama nota caesaries eius ubique erat, quippe adeo flava, ut speciem auri mundissimi redderet; pigmentum quoddam, hos in usus inventum, capillis tam scite illevit, ut ex tempore eos plane fuscaverit. Ubi ipsum Gizericus accepit, cum alia, tum hoc etiam egit, quo tacite ei metum offerret. Per speciem amicitiae deduxit in armamentarium, ubi arma cuiusquemodi et plurima et egregia disposita erant. Hic illa spontaneo impulsu collisa non mediocrem strepitum edidisse ferunt. Ac tum quidem tremuisse terram Gizericus putavit: egressus vero, deque terrae motu sciscitatus, cum omnes eum factum negarent, obstupuit, ignarus quem casum illud portentum ferret. Ergo Maiorinus propositum executus, in Liguriam revertitur: inde terrestri itinere copias ducens, ad columnas Herculeas contendit, fretum, quod illas interfluit, traiicere et recta Carthaginem petere in animo habens. Postquam haec geri Gizericus, seque a

πρεσβείᾳ φενακισθείη, ἔς τε ὀρρωδίαν ἐμπέπτωκε καὶ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ἐξηρτύετο. οἵ τε Ῥωμαῖοι τεκμηριούμενοι τῇ Μαϊορίνου ἀρετῇ, εὐέλπιδες ἤδη ἐγένοντο Λιβύην τῇ ἀρχῇ ἀνασώσασθαι. ἀλλὰ μεταξὺ νόσῳ δυσεντερίας ἁλοὺς ὁ Μαϊορῖνος διαφθείρεται, ἀνὴρ τὰ μὲν εἰς τοὺς ὑπηκόους μέτριος γεγονώς, φοβερὸς δὲ τὰ ἐς τοὺς πολεμίους. καὶ Νέπως δὲ τὴν βασιλείαν P 195 παραλαβὼν ὀλίγας τε ἡμέρας ἐπιβιοὺς ἐτελεύτησε νόσῳ, καὶ Γλυκέριος μετ' αὐτὸν ἐς ταύτην δὴ προελθὼν τὴν ἀρχὴν τύχην τὴν ὁμοίαν ἀνέπλησε. μεθ' ὃν δὴ Αὔγουστος τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔλαβε. βασιλεῖς μέντοι καὶ ἄλλοι πρότερον ἐν τῇ ἑσπερίᾳ γεγόνασιν, ὧνπερ τὰ ὀνόματα ἐξεπιστάμενος ὡς ἥκιστα ἐπιμνήσομαι. χρόνον τε γὰρ αὐτοῖς τῇ ἀρχῇ ὀλίγον τινὰ ἐπιβιῶναι καὶ ἀπ' αὐτοῦ λόγου ἄξιον οὐδὲν πεπραχέναι ξυνέπεσε. ταῦτα μὲν ἐν τῇ ἑσπερίᾳ ἐγένετο.

V 357 Ἐν δὲ Βυζαντίῳ ὁ Βασιλίσκος (οὐ γὰρ ἔτι οἷός τε ἦν τὸν ἔρωτα τῆς βασιλείας βιάζεσθαι) τυραννίδι ἐπιθέμενος ἐκράτησεν οὐδενὶ πόνῳ, Ζήνωνος ὁμοῦ τῇ γυναικὶ ἐς τὴν Ἰσαυρίαν, ἀφ' B ἧς δὴ ὡρμᾶτο, διαφυγόντος. ἔχοντι δὲ αὐτῷ τὴν τυραννίδα ἐνιαυτόν τε καὶ μῆνας ὀκτὼ οἵ τε ἄλλοι ὡς εἰπεῖν ξύμπαντες καὶ οἱ τῆς αὐλῆς στρατιῶται διὰ φιλοχρηματίας μέγεθος ἤχθοντο. ὧν δὴ Ζήνων αἰσθόμενος στρατιάν τε ἀγείρας ἐπ' αὐτὸν ᾔει. Βασιλίσκος δὲ στρατόν τε καὶ στρατηγὸν Ἅρματον ὡς ἀντιταξό-

9. *Αὔγουστος*] *ὅτι αὐγοῦστος ὁ αὐτὸς ἦν καὶ ῥωμύλος ὁ ἐπὶ ζήνωνος κρατῶν ἐν ῥώμῃ* Am. *Augustulus* RV. *ibid.* *αὐτοκράτορα* L. *αυτοκρατορίαν* P. 22. *Ἅρματον*] *ἅρματον* LHm. In Excerptis Legationum modo *Ἀρμάτος* modo *Ἁρμάτιος*.

Maiorino in legatione circumscriptum cognovit, gravi metu correptus, quae ad bellum opus erant expediit. Romanis perspecta Maiorini virtus iam spem optimam fecerat, fore ut Africam Imperio recuperaret: verum dysenteria, ac subinde morte interceptus est, vir subditis commodus, hostibus formidabilis. Nepos adeptus Imperium, ac paucos dies superstes, morbo interiit: deinde Glycerius eandem dignitatem assecutus, eundem habuit vitae exitum. Post hunc rerum potitus est Augustus. Alii in Occidente fuerunt antea Imperatores: quorum etsi nomina teneo, tamen, quia nihil memorabile ob brevem in principatu vitam gessere, silentio praetermittam. Hactenus de rebus Occidentis.

Byzantii Basiliscus, cupidine regnandi victus, affectatam tyrannidem nullo negotio obtinuit, Zenone cum uxore sua in Isauriam, nnde oriundus erat, fuga dilapso. Per annum unum mensesque octo tyrannus fuerat, cum Zeno et palatinos et caeteros fere omnes milites summa illius avaritia offensos audiens, contracto exercitu infestus venit. Emissus contra a Basilisco cum copiis Armatus dux, collatis castris, ea lege ex-

μενον Ζήνωνι ἔπεμψεν. ὡς δὲ πλησίον που ἀλλήλοις ἐστρατοπεδεύσαντο, παραδίδωσιν Ἅρματος Ζήνωνι τὸ αὑτοῦ στράτευμα, ἐφ᾽ ᾧ Βασιλίσκον τὸν αὑτοῦ υἱὸν, κομιδῇ ὄντα παῖδα, Καίσαρά τε καταστήσεσθαι καὶ τελευτῶντι διάδοχον τῆς βασιλείας ἀπολιπεῖν. Βασιλίσκος δὲ πάντων ἔρημος γεγονὼς ἐς τὸ ἱερὸν καταφεύγει, οὗπερ καὶ πρότερον. καὶ αὐτὸν Ἀκάκιος, ὁ τῆς πόλεως ἱερεὺς, Ζήνωνι ἐνεχείρισεν, ἀσέβειάν τε αὐτῷ ἐπε- C νεγκὼν καὶ ὡς πολλὰ τοῦ Χριστιανῶν δόγματος ξυνετάραξέ τε καὶ ἐνεόχμωσεν, ἐς τὴν Εὐτύχους αἵρεσιν ἀποκλίνας. καὶ ἦν δὲ οὕτως. Ζήνων δὲ αὖθις τὴν βασιλείαν παραλαβὼν καὶ τὴν ἐς Ἅρματον πίστιν ἀφοσιούμενος, Βασιλίσκον τὸν αὐτοῦ παῖδα Καίσαρα καταστησάμενος, οὐ πολλῷ ὕστερον αὐτόν τε ἀφείλετο τὴν τιμὴν καὶ Ἅρματον ἔκτεινε. Βασιλίσκον δὲ ὁμοῦ τοῖς τε παισὶ καὶ τῇ γυναικὶ πέμψας ἐς Καππαδοκίαν χειμῶνος ὥρᾳ σιτίων τε καὶ ἱματίων καὶ τῆς ἄλλης ἐπιμελείας ἐρήμους ἐκέλευσεν εἶναι. ἔνθα δὴ ψύχει τε καὶ λιμῷ πιεζόμενοι ἔς τε ἀλλήλους καταφεύγουσι καὶ τὰ φίλτατα περιβαλόντες σώματα διεφθάρησαν. αὕτη D τε Βασιλίσκον τῶν πεπολιτευμένων κατέλαβε τίσις. ἀλλὰ ταῦτα μὲν χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ ἐγένετο.

Γιζέριχος δὲ τότε ἀπάτῃ τε περιελθὼν καὶ κατὰ κράτος ἐξελάσας, ὡς πρόσθεν εἴρηται, τοὺς πολεμίους, οὐδέν τι ἧσσον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, ἦγέ τε τὰ Ῥωμαίων καὶ ἔφερε ξύμπαντα, ἕως αὐτῷ βασιλεὺς Ζήνων ἐς ὁμολογίαν ἀφίκετο σπονδαί τε αὐτοῖς

2. Ἅρματος] ἅρματος L. ibid. αὐτοῦ] αὑτοῦ P. 4. τελευτῶντι] τελευτῶντα L. 9. ἐνεόχμωσεν] ἐνεώχμωσεν AL. 10. 13. Ἅρματον] ἅρματον L.

ercitum Zenoni tradidit, ut Basiliscus filius suus, tunc admodum puer, crearetur ab eo Caesar, et in Imperium post obitum ipsius succederet. Desertus plane Basiliscus in idem illud templum, ubi prius asylum invenerat, confugit: sed Acacius urbis Antistes eum in Zenonis potestate posuit, obiurgata impietate, qua multa in fide Christiana miscuerat, et ex antiquo moverat, ad haeresin Eutychetis delapsus: neque id falso obiiciebatur. Zeno autem in Imperium restitutus, ut pactam Armato fidem absolveret, Basiliscum eius filium Caesarem renuntiavit: quem honorem ipsi haud multo post, et Armato vitam ademit. Porro Basiliscum tyrannum cum liberis atque uxore in Cappadociam hieme ablegatum, sine cibariis, sine vestibus, sine ulla ope degere iussit. Hic illos frigore et fame prementibus, alter ad alterum se applicare. Denique in corporum carissimorum complexu animam efflarunt. Hoc supplicio Basiliscus commissa in Remp. luit: verum haec postea contigerunt.

Tunc vero Gizericus qua dolo circumventis, qua vi depulsis, ut ante est dictum, hostibus, nihilo minus, quin etiam importunius per oras Rom. ferebat omnia ac rapiebat: donec Zeno Aug. cum eo transegit, et

ἀπέραντοι ξυνετέθησαν, μήτε Βανδίλους πολέμιόν τι ἐς τὸν πάν-
τα αἰῶνα Ῥωμαίους ἐργάσασθαι μήτε αὐτοῖς πρὸς ἐκείνων ξυμ-
βῆναι. ταύτας τε τὰς σπονδὰς Ζήνων τε αὐτὸς διεσώσατο καὶ
ὃς μετ' ἐκεῖνον τὴν βασιλείαν παρέλαβεν Ἀναστάσιος. διέμειναν
H 101 δὲ καὶ ἐς Ἰουστῖνον αὐτοκράτορα. τούτου δὲ Ἰουστίνου ἀδελφι-
P 196 δοῦς ὢν Ἰουστινιανὸς διεδέξατο τὴν βασιλείαν. ἐπὶ τούτου Ἰου-
στινιανοῦ βασιλεύοντος ὁ πόλεμος κατέστη ὅδε, τρόπῳ ᾧ ἐν τοῖς
ὄπισθεν λελέξεται χρόνοις. χρόνον δὲ ὀλίγον Γιζέριχος ἐπιβιοὺς
ἐτελεύτα πόρρω που ἤδη ἡλικίας ἥκων, διαθήκας διαθέμενος,
ἐν αἷς ἄλλα τε πολλὰ Βανδίλοις ἐπέσκηψε καὶ τὴν βασιλείαν ἀεὶ
Βανδίλων ἐς τοῦτον ἰέναι ὃς ἂν ἐκ γόνου ἄρρενος αὐτῷ Γιζερίχῳ
κατὰ γένος προσήκων πρῶτος ὢν ἁπάντων τῶν αὐτοῦ ξυγγενῶν
τὴν ἡλικίαν τύχοι. Γιζέριχος μὲν οὖν ἄρξας Βανδίλων, ἐπειδὴ
Καρχηδόνος ἐκράτησεν ἔτη ἐννέα καὶ τριάκοντα, ἐτελεύτησεν,
ὥσπερ εἴρηται.

B η'. Ὁνώριχος δὲ, ὁ τῶν ἐκείνου παίδων πρεσβύτατος,
διεδέξατο τὴν ἀρχὴν, Γένζωνος ἤδη ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντος.
ἐπὶ τούτου Ὁνωρίχου Βανδίλων ἄρχοντος πόλεμος αὐτοῖς πρὸς
οὐδένα ἀνθρώπων, ὅτι μὴ ἐς Μαυρουσίους, ἐγένετο. δέει γὰρ
τῷ ἐκ Γιζερίχου ἡσυχάζοντες πρὸ τοῦ οἱ Μαυρούσιοι, ἐπειδὴ τά-
χιστα ἐκποδὼν ἐγεγόνει, ἔδρασάν τε πολλὰ τοὺς Βανδίλους κακὰ
V 358 καὶ αὐτοὶ ἔπαθον. γέγονε δὲ Ὁνώριχος ἐς τοὺς ἐν Λιβύῃ Χρι-
C στιανοὺς ὠμότατός τε καὶ ἀδικώτατος ἀνθρώπων ἁπάντων. βια-
ζόμενος γὰρ αὐτοὺς ἐς τὴν Ἀρειανῶν μετατίθεσθαι δόξαν, ὅσους

perpetuam composuit pacem: cautum enim diserte fuit, ne unquam Vandali in Romanos hostile quidquam patrarent, neque ab his vicissim illi paterentur. Atque haec pacta conventa cum Zeno ipse servavit, tum eius successor Anastasius: nec Iustinus dissolvit: cuius ex sorore nepos Iustinianus ad Imperii clavum successit. Hoc principe, bellum Vandalicum ita commissum est, ut in temporum inferiorum historia describemus. Haud diu superstes Gizericus, grandaevus decessit, condito testamento, quo, praeter alia multa, illud Vandalis mandavit, ut regnum Vandalicum ei semper obveniret, qui per virilem stirpem recta serie propinquitatis Gizericum ipsum attingens, cognatos suos aetate praecurreret, Igitur Gizericus, cum a capta Carthagine annos XXXIX. Vandalis imperasset, fato, uti diximus, functus est.

8. Regnum Gizericus filiorum natu maximo Honorico reliquit, Genzone iam mortuo. Quandiu Vandalis praefuit Honoricus, cum nulla gente bellum gesserunt, exceptis Mauris: qui quidem antea Gizerici metu coerciti nihil moverant; at statim ut ille excessit, detrimenta plurima attulere Vandalis, et ab his rursus accepere. Christianos Africae tam crudeliter, tamque iniuste nemo vexavit, quam Honoricus. Cum enim illos ad sectam Arianam compelleret, quoscunque parum ad obsequendum prom-

ἂν λάβοι οὐχ ἑτοίμους αὐτῷ εἴκοντας, ἔκαιέ τε καὶ ἄλλαις θανάτου ἰδέαις διέφθειρε, πολλῶν δὲ καὶ τὰς γλώσσας ἀπέτεμεν ἀπ᾽ αὐτῆς φάρυγγος, οἳ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ περιόντες ἐν Βυζαντίῳ ἐχρῶντο ἀκραιφνεῖ τῇ φωνῇ, οὐδ᾽ ὁπωστιοῦν ταύτης δὴ τῆς τιμωρίας ἐπαισθανόμενοι· ὧν δὴ δύο, ἐπειδὴ γυναιξὶν ἑταίραις πλησιάζειν ἔγνωσαν, οὐκέτι φθέγγεσθαι τὸ λοιπὸν ἴσχυσαν. ἔτη τε ὀκτὼ Βανδίλων ἄρξας ἐτελεύτησε νόσῳ, Μαυρουσίων ἤδη τῶν ἐν τῷ Αὐρασίῳ ὄρει ᾠκημένων ἀποστάντων τε ἀπὸ Βανδίλων καὶ D αὐτονόμων ὄντων (ἔστι δὲ τὸ Αὐράσιον ἐν Νουμιδίᾳ τριῶν καὶ δέκα ἡμερῶν ὁδὸν μάλιστα Καρχηδόνος διέχον, τετραμμένον τε πρὸς μεσημβρίαν), οἳ οὐκέτι ὑπὸ Βανδίλοις ἐγένοντο, οὐ δυναμένων Βανδίλων ἐν ὄρει δυσόδῳ τε καὶ ἀνάντει λίαν πόλεμον πρὸς Μαυρουσίους διενεγκεῖν.

Τελευτήσαντος δὲ Ὁνωρίχου τὸ τῶν Βανδίλων κράτος ἐς P 197 Γουνδαμοῦνδον ἦλθε τὸν Γένζωνος τοῦ Γιζερίχου. ἐς αὐτὸν γὰρ ὁ χρόνος ἔφερε τὰ πρωτεῖα τοῦ Γιζερίχου γένους. οὗτος ὁ Γουνδαμοῦνδος πλείοσι μὲν πρὸς Μαυρουσίους ἐμαχέσατο ξυμβολαῖς, μείζοσι δὲ τοὺς Χριστιανοὺς ὑπαγαγὼν πάθεσιν ἐτελεύτησε νοσήσας, ἤδη που μεσοῦντος τοῦ δωδεκάτου τῆς ἀρχῆς ἔτους. ἀδελφός τε αὐτοῦ Τρασαμοῦνδος παρέλαβε τὴν βασιλείαν, εἴδους τε καὶ ξυνέσεως ἐς τὰ μάλιστα καὶ μεγαλοψυχίας εὖ ἥκων. τοὺς μέντοι Χριστιανοὺς ἐβιάζετο μεταβαλέσθαι τὴν πάτριον δόξαν,

1. ἑτοίμους] ἑτοίμως Pm. 5. ἑταίραις] ἑτέραις H. 7. τῶν ἐν HL et Maltretus in annot. τῶν om. P. 8. Αὐρασίῳ] αὐρασίων HL: illud Hm. 20. τε] δὲ HL.

ptos deprehendebat, igne aliisque suppliciis excruciatos necabat. Multis linguam faucium tenus abscidit, qui nostra etiam aetate superstites Byzantii, explanate loquebantur, nullum capientes sensum illius poenae. Ex his duo rem habere ausi cum meretricibus, sermonis usum amiserunt. Annos demum octo Vandalis dominatus, morbo oppetiit, cum iam Mauri, qui montem Aurasium incolebant, a Vandalis defecissent, suumque ad arbitrium viverent. Est vero Aurasius in Numidia, et ab urbe Carthagine dierum itinere fere XIII. distat, ad Austrum vergens. Mauros illos Vandali nunquam ad obsequium reduxerunt, iniquissima acclivitate montis prohibiti, quominus bellum ipsis inferrent.

Extincto Honorico, in manus Gundamundi, cuius pater Genzo Gizerici filius fuerat, sceptrum Vandalicum devenit, aetatis iure, quae in Gizerici stirpe locum ei principem dabat. Saepius cum Mauris Gundamundus armis decrevit, et Christianos excarnificavit atrocius. Provecto ad medium anno regni duodecimo, implicitus morbo, e vita discessit. Habenas rerum capessiit Trasamundus, ipsius frater, vir oris dignitate, prudentia, atque animi magnitudine singulari. Hic quoque Christianos ad avitam religionem eiurandam impellebat, non eorum, qui praecesse-

B οὐκ αἰκιζόμενος τὰ σώματα ὥσπερ οἱ πρότεροι, ἀλλὰ τιμαῖς τε καὶ ἀρχαῖς μετιὼν καὶ χρήμασι μεγάλοις δωρούμενος, καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας, ὁποῖοί ποτε εἶεν, ἥκιστά γε εἰδέναι ποιούμενος. εἰ δέ τινας λάβοι μεγάλοις ἁμαρτήμασιν ἐνόχους ἢ γνώμῃ ἢ τύχῃ γεγενημένους, τούτοις δὴ μεταβαλλομένοις τὴν δόξαν μισθὸν προὐτίθει μὴ δοῦναι τὴν δίκην ὧν ἡμάρτανον. ἐπειδὴ δὲ ἡ γυνὴ ἐτελεύτα, οὐ γενομένη μήτηρ οὔτε ἄρσενος οὔτε θήλεος γόνου, κρατῦναι ὡς ἄριστα τὴν βασιλείαν βουλόμενος, ἐς Θευδέριχον τὸν Γότθων βασιλέα πέμψας ᾔτει οἱ γυναῖκα τὴν ἀδελφὴν Ἀμαλαφρίδαν διδόναι, ἧς δὴ ἄρτι ὁ ἀνὴρ ἐτεθνήκει. ὁ δέ οἱ τὴν
C ἀδελφὴν ἔπεμψε καὶ Γότθων δοκίμων χιλίους ἐν δορυφόρων λόγῳ, οἷς δὴ ὅμιλος θεραπείας εἵπετο ἐς πέντε μάλιστα χιλιάδας ἀνδρῶν μαχίμων. ἐδωρήσατο δὲ τὴν ἀδελφὴν Θευδέριχος καὶ τῶν Σικελίας ἀκρωτηρίων ὄντων ἕν, ὃ δὴ καλοῦσι Λιλύβαιον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἔδοξεν ὁ Τρασαμοῦνδος πάντων δὴ τῶν ἐν Βανδίλοις ἡγησαμένων κρείσσων τε εἶναι καὶ δυνατώτατος. ἐγένετο δὲ φίλος καὶ Ἀναστασίῳ βασιλεῖ ἐς τὰ μάλιστα. ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος ξυνέπεσε Βανδίλοις πάθος τι παθεῖν πρὸς Μαυρουσίων οἷον πρὸ τοῦ οὔπω ξυνηνέχθη γενέσθαι.

Καβάων ἦν τις ἄρχων τῶν ἀμφὶ Τρίπολιν Μαυρουσίων, πολέμων τε πολλῶν ἔμπειρος καὶ λίαν ἀγχίνους. οὗτος ὁ Καβάων ἐπειδὴ ἐπ' αὐτὸν στρατεύεσθαι Βανδίλους ἐπύθετο, ἐποίει

5. δὴ Hm. δὲ HL. om. P. *ibid.* μεταβαλλομένοις L. μεταλαμβανομένοις P. 6. δὲ] δέ οἱ Hm. 7. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 14. ἓν] ἑνὶ AL.

rant, more, corporum scilicet laniena, sed mandatis honoribus ac magistratibus, effusaque largitione sollicitabat, minime se nosse simulans in proposito obfirmatos, quicunque essent. Si quos magnis criminibus vel voluntate vel casu obnoxios teneret, his delictorum impunitatem in religionis mutatae praemium proponebat. Coniuge, nec marem unquam nec feminam enixa, viduatus, ut regnum optime stabiliret, missa ad Theodoricum Gotthorum regem legatione, sibi uxorem poposcit sororem eius Amalafridam, a recenti viri funere viduam. Sororem ille misit cum comitatu Gotthorum mille nobilium, qui stipatorum munus obirent: hos secuta sunt ministeria e viris bellicosis collecta ad quina circiter millia. Unum item e Siciliae promontoriis (Lilybaeum appellant) sorori Theodoricus donavit. Quamobrem regum omnium Vandalorum praestantissimus audiit ac potentissimus Trasamundus: Anastasio quoque Aug. carus in paucis fuit. Hoc regnante, Vandali clade omnium maxima, quas unquam pertulerant, a Mauris affecti sunt.

Mauris Tripolin circumcolentibus Cabao quidam, vir usu bellorum exercitus ac solertissimus, praeerat: qui susceptae contra se a Vandalis

τοιάδε. πρῶτα μὲν τοῖς ὑπηκόοις ἐπήγγελλεν ἀδικίας τε πάσης D
καὶ βρώσεως ἐς τρυφὴν ἀγούσης καὶ πάντων μάλιστα γυναικῶν ξυνουσίας ἀπέχεσθαι, χαρακώματά τε δύο πηξάμενος ἐν θατέρῳ μὲν αὐτὸς ξὺν πᾶσιν ἐστρατοπεδεύσατο τοῖς ἀνδράσιν, ἐν δὲ δὴ H 102
τῷ ἑτέρῳ τὰς γυναῖκας καθεῖρξε, θάνατόν τε τὴν ζημίαν ἠπείλησεν ἔσεσθαι, ἤν τις ἐπὶ τὸ τῶν γυναικῶν χαράκωμα ἴοι. μετὰ δὲ πέμψας ἐς Καρχηδόνα κατασκόπους ἐπέταττε τάδε· ἐπειδὰν οἱ Βανδίλοι ἐπὶ τὴν στρατιὰν βαδίζοντες ἔς τινα νεὼν ὑβρίσωσιν, ὃν οἱ Χριστιανοὶ σέβονται, αὐτοὺς μὲν ἐφορᾶν τὰ γινόμενα· ἢν δὲ οἱ Βανδίλοι τὸ χωρίον ἀμείψωσιν, ἅπαντα ποιεῖν τἀναντία ἐς P 198
τὸ ἱερὸν ὧν ἐκεῖνοι δράσαντες οἴχονται. ἐπειπεῖν δὲ αὐτὸν καὶ τοῦτό φασιν, ὡς ἀγνοοίη μὲν τὸν θεόν, ὃν Χριστιανοὶ σέβονται, εἰκὸς δὲ αὐτόν, εἴπερ ἰσχυρός ἐστιν, ὡς λέγεται, τίσασθαι μὲν τοὺς ὑβρίζοντας, ἀμῦναι δὲ τοῖς θεραπεύουσιν. οἱ μὲν οὖν κατάσκοποι ἐς Καρχηδόνα ἐλθόντες ἡσύχαζον, τὴν παρασκευὴν V 359
τῶν Βανδίλων θεώμενοι, ἐπεὶ δὲ τὸ στράτευμα τὴν ἐπὶ Τρίπολιν ᾔει, σχήματα περιβεβλημένοι ταπεινὰ εἵποντο. οἱ δὲ Βανδίλοι ὡς ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ ηὐλίσαντο, ἐς τῶν Χριστιανῶν τοὺς νεὼς τούς τε ἵππους τά τε ἄλλα ζῷα ἐπαγαγόντες, ὕβρεώς τε οὐδεμιᾶς ἀπελείποντο καὶ αὐτοὶ ἀκολασίᾳ τῇ σφετέρᾳ ἐχρήσαντο, B
τούς τε ἱερέας, οὓς ἂν λάβοιεν, ἐρράπιζόν τε καὶ ξαίνοντες κατὰ τοῦ νώτου πολλὰς ὑπηρετεῖν σφίσιν ἐκέλευον ὅσα δὴ ἐπέχειν τῶν

4. ξὺν πᾶσιν] ξυμπᾶσιν L. 12. ἀγνοοίη A. ἀγνοοῖ L. ἀγνοεῖ P.
22. ἐπέχειν] De hoc usu verbi dixit Reiskius ad Constant. Porphyr. vol. II. p. 859.

expeditionis certior factus, ita se gessit. Principio subditis edixit, ut non modo omni scelere, sed cibis etiam mollitiem inducentibus, ac praesertim feminarum consuetudine prorsus abstinerent. Tum duplex molitus vallum, sibi virisque omnibus optavit in castra alterum; alteri feminas commisit, mortem interminatus, si quis pedem in hoc septum inferret. Deinde missis Carthaginem exploratoribus mandavit, ut sicubi Vandali, contra Maurorum exercitum venientes, sacram aliquam Christianorum aedem profanarent, ipsi, re inspecta, post Vandalorum ex eo loco discessum, templo honores impenderent plane contrarios indignitati, qua illi admissa abiissent. Id etiam subiecisse fertur: se quidem notionem Dei, quem Christiani colerent, non habere; sed, nisi fama de illius potentia mentiretur, qui ipsum contumeliose laederent, ab eo plecti, qui cultu afficerent, protegi oportere. Ubi Carthaginem pervenerunt exploratores, ibi tandiu substiterunt, apparatum Vandalicum inspectantes, donec viam, quae fert Tripolin, ingresso exercitu, hunc ipsi, cultu succincti tenui, secuti sunt. Vandali, vel primis castris, cum equos caeterasque pecudes in Christianorum templis stabulassent, effusa ad quidvis audendum licentia, nullum iniuriae foedae genus praetermiserunt. Captis

οἰκετῶν τοῖς ἀτιμοτάτοις εἰώθεσαν. καὶ ἐπειδὴ τάχιστα ἐνθένδε ἀπηλλάγησαν, ἐποίουν οἱ τοῦ Καβάωνος κατάσκοποι ὅσα αὐτοῖς ἐπετέτακτο· τά τε γὰρ ἱερὰ ἐκάθηραν αὐτίκα τήν τε κόπρον καὶ εἴ τι ἄλλο οὐχ ὁσίως ἐπέκειτο ξὺν ἐπιμελείᾳ πολλῇ ἀφελόμενοι, τά τε λύχνα ἔκαυσαν ἅπαντα καὶ τοὺς ἱερέας αἰδοῖ τε πολλῇ προσεκύνησαν καὶ τῇ ἄλλῃ φιλοφροσύνῃ ἠσπάσαντο· ἀργύριά τε τοῖς πολλοῖς δόντες, οἳ ἀμφὶ τὰ ἱερὰ ταῦτα ἐκάθηντο, οὕτω δὴ τῇ
C τῶν Βανδίλων στρατιᾷ εἵποντο. καὶ ἀπὸ τούτου κατὰ τὴν ὁδὸν ξύμπασαν οἵ τε Βανδίλοι κατὰ ταῦτα ἡμάρτανον καὶ οἱ κατάσκοποι ἐθεράπευον. ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ ἔσεσθαι ἔμελλον, προτερήσαντες οἱ κατάσκοποι ἀγγέλλουσι τῷ Καβάωνι ὅσα Βανδίλοις τε καὶ σφίσιν ἐς τὰ Χριστιανῶν ἱερὰ εἴργαστο καὶ ὡς ἐγγύς που οἱ πολέμιοι εἶεν. ὁ δὲ ἀκούσας ἐς τὴν ξυμβολὴν καθίστατο ὧδε. κύκλον ἀπολαβὼν ἐν τῷ πεδίῳ, ἔνθα δὴ τὸ χαράκωμα ποιεῖσθαι ἔμελλε, τὰς καμήλους ἔρυμα τῷ στρατοπέδῳ ἐγκαρσίας ἐν κύκλῳ καθίστη, κατὰ δώδεκα μάλιστα καμήλους ποιησάμενος τὸ τοῦ
D μετώπου βάθος. παῖδας μὲν οὖν καὶ γυναῖκας καὶ εἴ τι αὐτοῖς ἀπόμαχον ἦν, ὁμοῦ τοῖς χρήμασιν ἐς μέσον ἐτίθετο, τὸν δὲ τῶν μαχίμων λεὼν ἐς τῶν ζῴων ἐκείνων τοὺς πόδας ἐν μέσῳ φραξαμένους ταῖς ἀσπίσιν ἐκέλευεν ἰέναι. οὕτω δὲ Μαυρουσίοις ἐχούσης τῆς φάλαγγος οἱ Βανδίλοι ἐν ἀπόρῳ εἶχον θέσθαι τὸ παρόν· οὔτε γὰρ ἀκοντισταὶ οὔτε τοξόται ἀγαθοὶ ἦσαν οὔτε πεζοὶ ἐς μάχην ἰέ-

5. λύχνα] λύχνια Pm. Conf. p. 209 b. 223 b. 7. πολλοῖς] πτωχοῖς Pm. 20. ἰέναι] Vulgo εἶναι. 22. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

sacerdotibus colaphos infringebant, et plagarum grandine tundentes dorsum, quae vilissimis famulis ministeria solebant iniungere, eadem illis imperabant. Simul autem inde moverunt, mandata implent Cabaonis speculatores. Confestim purgare templa; fimum, et quaecunque loci religionem dedecebant, accuratissime eradere et exportare; lychnos omnes accendere; sacerdotes reverentissime adorare, et omni comitate complecti: denique mendicis haec circum templa sedentibus argenteos dilargiti, Vandalicum exercitum subsecuti sunt. In reliqua deinceps via peccabant haec Vandali, et exploratores piabant. Non longe aberant a Mauris Vandali, cum hos praegressi speculatores, quae ab impiis et a se circa templa Christianorum acta varie fuerant Cabaoni narrarunt, iamque hostem in propinquo esse dixerunt. Quo ille audito, ita se accinxit ad praelium. Facto orbe in campo, ubi vallum praeducere debebat, camelis transversis castra circummunivit, aciei fronte ita disposita, ut altitudinis eius ordines singuli camelis fere duodenis constarent. Pueros, feminas, omnemque imbellem turbam cum pecuniis in medio reposuit: pugnae idoneos ad illorum pedes animalium, anteriores inter et posteriores, locavit protectos clypeis. In hunc modum instructa Maurorum acie, Vandali e re nata quid consilii caperent nesciebant. Nam nec iaculato-

ναι ἠπίσταντο, ἀλλ᾽ ἱππεῖς τε ἦσαν ἅπαντες, δόρασί τε ὡς ἐπὶ πλεῖστον καὶ ξίφεσιν ἐχρῶντο, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἄποθέν τε οὐδὲν ἐργάζεσθαι κακὸν τοὺς πολεμίους οἷοί τ᾽ ἦσαν, ἥ τε ἵππος αὐτοῖς, ἀχθομένη τῇ τῶν καμήλων ὄψει, ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἥκιστα ἤγετο. ἐπειδή τε συχνὰ ἐς αὐτοὺς ἀκοντίζοντες ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς P 199 οἱ πολέμιοι τούς τε ἵππους καὶ αὐτοὺς, ἅτε πλήθους ὄντος, οὐ χαλεπῶς ἔκτεινον, ἔφυγόν τε καὶ τῶν Μαυρουσίων ἐπεξιόντων οἱ μὲν πολλοὶ διεφθάρησαν, εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ὑπὸ τοῖς πολεμίοις ἐγένοντο, ὀλίγοι τε κομιδῇ ἐκ τοῦ στρατοῦ τούτου ἐπ᾽ οἶκον ἀπεκομίσθησαν. ταῦτα μὲν Τρασαμούνδῳ παθεῖν πρὸς Μαυρουσίων ξυνέπεσεν. ἐτελεύτα δὲ χρόνῳ ὕστερον ἑπτά τε καὶ εἴκοσιν ἔτη Βανδίλων ἄρξας.

θ'. Ἰλδέριχος δὲ Ὀνωρίχου τοῦ Γιζερίχου παῖς τὴν βασιλείαν B παρέλαβεν, ὃς τὰ μὲν ἐς τοὺς ὑπηκόους εὐπρόσοδός τε ἦν καὶ ὅλος πρᾶος, καὶ οὔτε Χριστιανοῖς οὔτε τῳ ἄλλῳ χαλεπὸς ἐγεγόνει, τὰ δὲ ἐς τὸν πόλεμον μαλθακός τε λίαν καὶ οὐδὲ ἄχρι ἐς τὰ ὦτα τὸ πρᾶγμά οἱ τοῦτο ἐθέλων ἰέναι. Ὀάμερ γοῦν ἀνεψιός τε ὢν αὐτῷ καὶ ἀνὴρ ἀγαθὸς τὰ πολέμια ἐστρατήγει ἐφ᾽ οὓς ἂν στρατεύοιντο Βανδίλοι· ὃν δὴ καὶ Ἀχιλλέα Βανδίλων ἐκάλουν. ἐπὶ τούτου Ἰλδερίχου ἡσσήθησάν τε μάχῃ οἱ Βανδίλοι πρὸς Μαυρουσίων τῶν ἐν Βυζακίῳ, ὧν ἦρχεν Ἀντάλλας, καὶ σφίσι ξυνηνέχθη C Θευδερίχῳ τε καὶ Γότθοις ἐν Ἰταλίᾳ ἔκ τε συμμάχων καὶ V 360 φίλων πολεμίοις γενέσθαι. τήν τε γὰρ Ἀμαλαφρίδαν ἐν φυλακῇ H 103

7. ἔφυγον] ἔφευγον L. 10. Τρασαμούνδῳ] δρασαμούνδῳ HL. 11. εἴκοσιν L. εἴκοσι P. 15. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδέ P.

res, nec sagittarii periti erant, nec didicerant praeliari pedibus: sed equites erant omnes, et hastis maxime atque ensibus utebantur: damno proinde nullo hostem eminus afficere poterant: at neque equos admovere, camelorum specie territos. Cumque interea ab hostibus densa e tuto tela mittentibus tum equi, tum sessores ipsi facile conficerentur, quippe quia conferti erant; in fugam se coniecerunt. Egressi Mauri interfecerunt multos, multos ceperunt: ita ut oppido pauci ex illo exercitu domum redierint. Haec illa est clades, quam a Mauris Trasamundus accepit: qui posteaquam Vandalis annos XXVII. imperavit, diem supremum obiit.

9. In regnum successit Ildericus Honorici filius ac Gizerici nepos, vir subditis affabilis, totus ad mansuetudinem natus, qui nullo unquam modo Christianos vexavit: at idem valde imbellis, res militares ne auribus quidem admittebat. Quamobrem fratris ipsius filius Hoamer, vir bello praeclarus, Vandalorum expeditionibus praeerat, sic, ut eorum Achilles nominaretur. Regnante Ilderico Mauri Byzaceni, qui parebant Antallae, praelio fudere Vandalos hisce societatem et amicitiam renuntiarunt Theodoricus et Gotthi, ideo facti hostes, quod Amalafrida in

ἔσχον καὶ τοὺς Γότθους διέφθειραν ἅπαντας, ἐπενεγκόντες αὐτοῖς νεωτερίζειν ἔς τε Βανδίλους καὶ Ἰλδέριχον. τίσις μέντοι οὐδεμία πρὸς Θευδερίχου ἐγένετο, ἐπεὶ ἀδύνατος ἐνόμισεν εἶναι στόλῳ μεγάλῳ ἐς Λιβύην στρατεῦσαι. Ἰλδέριχος δὲ φίλος ἐς τὰ D μάλιστα Ἰουστινιανῷ τε καὶ ξένος ἐγένετο, οὔπω μὲν ἥκοντι ἐς βασιλείαν, διοικουμένῳ δὲ αὐτὴν κατ᾿ ἐξουσίαν, ἐπεί οἱ ὁ θεῖος Ἰουστῖνος ὑπέργηρώς τε ὢν ἐβασίλευε καὶ τῶν κατὰ τὴν πολιτείαν πραγμάτων οὐ παντελῶς ἔμπειρος. χρήμασί τε μεγάλοις ἀλλήλους ἐδωροῦντο.

Ἦν δέ τις ἐν τῷ Γιζερίχου γένει Γελίμερ ὁ Γελάριδος τοῦ Γένζωνος τοῦ Γιζερίχου πόρρω που ἡλικίας ἥκων μετὰ Ἰλδέριχον, καὶ διὰ τοῦτο ἐπίδοξός τε ὢν αὐτίκα μάλα ἐς τὴν βασιλείαν ἀφίξεσθαι· ὃς τὰ μὲν πολέμια ἐδόκει τῶν καθ᾿ ἑαυτὸν ἄριστος εἶναι, ἄλλως δὲ δεινός τε ἦν καὶ κακοήθης καὶ πράγμασί τε νεωτέροις καὶ χρήμασιν ἐπιτίθεσθαι ἀλλοτρίοις ἐξεπιστάμενος. οὗτος P 200 ὁ Γελίμερ ἐπεί οἱ μέλλουσαν ἑώρα τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἐδύνατο ἐν τῷ καθεστῶτι τρόπῳ βιοτεύειν, ἀλλὰ τὰ βασιλέως ἔργα προσποιησάμενος ἐπεβάτευε τῆς τιμῆς, ἀώρου γε αὐτῷ οὔσης, καὶ Ἰλδερίχου δι᾿ ἐπιείκειαν ἐνδιδόντος κατέχειν οὐκέτι οἷός τε ἦν τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ Βανδίλων ἑταιρισάμενος εἴ τι ἄριστον ἦν, ἀναπείθει ἀφελέσθαι μὲν Ἰλδέριχον τὴν βασιλείαν, ὡς ἀπόλεμόν τε

10. Γελάριδος] γειλάριδος A. γελιλάριδος LHm. 16. ἐν τῷ καθεστῶτι τρόπῳ βιοτεύειν] Conf. p. 56, 3.

custodiis asservaretur, caesique ad internecionem Gotthi fuissent, impacto illis crimine coniurationis in Vandalos et Ildericum. Minime tamen ultum ivit Theodoricus, suas opes intelligens non sufficere comparandae ingenti classi, qua bellum in Africam portaret. Erat Ildericus arctissimo amicitiae vinculo atque hospitio iunctus Iustiniano, nondum quidem adepto Imperium, id tamen ad arbitrium moderanti, quoniam Iustinus Imp. eius avunculus senio confectus erat, ac Reip. tractandae haud peritus omnino. Mutuis etiam pecuniae donis Iustinianus et Ildericus liberalissime certabant.

Quidam erat e Gizerici stirpe Gelimer, Gelaridis filius, Genzonis nepos, pronepos Gizerici, iam grandis natu, uno praecedente aetate Ilderico; ideoque ad regnum, ut existimabatur, propediem perventurus. Is quidem aetatis suae bellicosissimus habebatur; at idem vafro in primis ac maligno vir ingenio, movere nova, et in alienas opes involare callebat. Cum autem nimium differri sibi regnum videret, se intra legem ac praescriptum tenere non poterat: verum sibi munia regis arrogans, honorem ante diem usurpabat, et Ilderico facili indulgentique utens, impotentia animi efferebatur. Tandem Vandalorum fortissimis quibusque in suas partes pertractis, suasit ut regnum Vandalicum sibi traderent, deiecto a gubernaculis Ilderico, tum ob ignaviam et illatam a Mauris cla-

καὶ ἡσσημένον πρὸς Μαυρουσίων, καὶ Ἰουστίνῳ βασιλεῖ καταπροδιδόντα τὸ τῶν Βανδίλων κράτος, ὡς μὴ ἐς αὐτὸν ἐκ τῆς ἄλλης οἰκίας ὄντα ἡ βασιλεία ἥκοι (τοῦτο γάρ οἱ βούλεσθαι τὴν ἐς Βυζάντιον πρεσβείαν διέβαλλεν), αὐτῷ δὲ παραδιδόναι τὸ Βανδίλων κράτος. οἱ δὲ ἀναπεισθέντες κατὰ ταῦτα ἐποίουν. οὕτω δὴ Γελίμερ τῆς ἡγεμονίας ἐπιλαβόμενος Ἰλδέριχόν τε, ἕβδομον B *ἔτος Βανδίλων ἄρξαντα, καὶ Ὁάμερα καὶ τὸν ἀδελφὸν Εὐαγέην ἐν φυλακῇ ἔσχεν.*

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα Ἰουστινιανὸς ἤκουσεν, ἤδη τὴν βασιλείαν παραλαβών, πρέσβεις ἐς Λιβύην πρὸς Γελίμερα πέμψας ἔγραφε τάδε „Οὐχ ὅσια ποιεῖς οὐδὲ τῶν Γιζερίχου διαθηκῶν ἄξια, γέροντά τε καὶ ξυγγενῆ καὶ βασιλέα Βανδίλων, εἴ τι τῶν Γιζερίχῳ βεβουλευμένων ὄφελός ἐστιν, ἐν φυλακῇ ἔχων, καὶ βίᾳ τὴν ἀρχὴν ἀφαιρούμενος, ἐξὸν αὐτὴν ὀλίγῳ ὕστερον χρόνῳ κατὰ νόμον λαβεῖν. μηδὲν οὖν ἐργάσῃ περαιτέρω κακὸν μηδὲ τοῦ βασιλέως ὀνόματος ἀνταλλάξῃ τὴν τοῦ τυράννου προσηγορίαν, βραχεῖ προτερεύουσαν χρόνῳ. ἀλλὰ τοῦτον μὲν, ἄνδρα ὅσον οὔπω τεθνηξόμενον, C *ἔα φέρεσθαι τῷ λόγῳ τὴν τῆς βασιλείας εἰκόνα, σὺ δὲ ἅπαντα πρᾶττε ὅσα βασιλέα πράττειν εἰκός· προσδέχου τε ἀπὸ τοῦ χρόνου καὶ τοῦ Γιζερίχου νόμου μόνον λαβεῖν τὸ τοῦ πράγματος ὄνομα. ταῦτα γάρ σοι ποιοῦντι τά τε ἀπὸ τοῦ κρείττονος εὐμενῆ ἔσται καὶ τὰ παρ' ἡμῶν φίλια.“ τοσαῦτα μὲν ἡ γραφὴ ἐδήλου. Γελίμερ δὲ τοὺς πρέσβεις ἀπράκτους ἀπέπεμψε, καὶ τόν τε Ὁάμερα ἐξετύφλωσε τόν τε Ἰλδέριχον καὶ Εὐαγέην ἐν μεί-*

dem, tum quod Iustino Aug. Vandalorum opes eo proderet animo, ne ipse, ex alio gentis regiae ramo editus regnum obtineret, eo spectare calumnians missam Byzantium legationem. His illi inducti, rem exequuntur. Ita dominatum occupat Gelimer, et Ildericum VII. annos regno potitum, cum Hoamere eiusque fratre Euagee in custodiam tradit.

De his certior factus Iustinianus, iam Imperator, legatos in Africam ad Gelimerem cum hisce literis misit. *Contra ius et reverentiam, quam Gizerici testamento debes, in eo peccas, quod senem, eumque propinquum tuum, ac, si quid Gizerici decreta valent, Vandalorum regem habes in vinculis, et per vim regno spolias, cum prope adsit, ut legitime id assequaris. Absiste iniuria, nec iusto regis nomini praecopta tyranni appellationem tantulo praeviam intervallo: sed viro huic propediem morituro per te liceat regiae dignitatis speciem titulo tenus sustinere: tu partes regis imple, et expecta dum temporis beneficio et Gizerici lege, quod unum tibi deest, rei nomen accipias. Quae si feceris, Deum propitium, nosque amicos habebis.* Haec quidem significabat epistola: Gelimer vero legatos remisit, frustratus eorum operam. Immo vero Hoamerem luminibus orbavit: Ildericum atque Euageem arctiori cu-

ζονι φυλακῇ ἐποιήσατο, ἐπικαλέσας φυγὴν ἐς Βυζάντιον μελετᾶν. ὡς δὲ καὶ ταῦτα βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἤκουσε, πρέσβεις ἑτέρους πέμψας ἔγραψε τάδε „Ἡμεῖς μὲν οἰόμενοί σε οὔποτε τῆς ἡμετέ-
D ρας συμβουλῆς ἀπ᾽ ἐναντίας ἥξειν ἐγράψαμεν τὴν προτέραν ἐπιστολήν. ἐπεὶ δὲ ἀρέσκει σοι τὴν βασιλείαν οὕτω κεκτῆσθαι ὡς νῦν ἔχεις, λαβὼν ἀπόλαβε ὅ τι ἂν ἐξ αὐτῆς ὁ δαίμων διδῷ. σὺ δὲ Ἰλδέριχόν τε καὶ Ὁάμερα τὸν πηρὸν καὶ τούτου τὸν ἀδελφὸν ὡς ἡμᾶς πέμπε, παραψυχὴν ἕξοντας ἣν ἔχειν εἰσὶ δυνατοὶ ὅσοι τὴν βασιλείαν ἢ τὴν ὄψιν ἀφῄρηνται. ὡς οὐκ ἐπιτρέψομέν γε, ἢν μὴ ταῦτα ποιῇς. ἐνάγει γὰρ ἡμᾶς ἡ ἐλπὶς, ἣν εἰς τὴν ἡμετέραν φιλίαν ἔσχον. αἵ τε σπονδαὶ ἡμῖν αἱ πρὸς Γιζέριχον ἐκποδὼν στήσονται. τῷ γὰρ ἐκδεξαμένῳ τὴν ἐκείνου βασιλείαν ἐρχόμεθα οὐ πολεμήσοντες, ἀλλὰ τὰ δυνατὰ τιμωρήσοντες."

P 201 Ταῦτα Γελίμερ ἀναλεξάμενος ἠμείβετο τοῖσδε „Βασιλεὺς
V 361 Γελίμερ Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ. οὔτε βίᾳ τὴν ἀρχὴν ἔλαβον οὔτε τι ἀνόσιον ἐς ξυγγενεῖς τοὺς ἐμοὺς εἴργασται. Ἰλδέριχον γὰρ νεώτερα πράσσοντα ἐς οἶκον τὸν Γιζερίχου καθεῖλε τὸ τῶν Βανδίλων ἔθνος· ἐμὲ δὲ ὁ χρόνος ἐς τὴν βασιλείαν ἐκάλεσε, κατά γε τὸν νόμον τὰ πρεσβεῖα διδούς. τὴν δὲ ὑπάρχουσαν ἡγεμονίαν αὐτόν τινα διοικεῖσθαι καλὸν καὶ μὴ ἀλλοτρίας οἰκειοῦσθαι φρον-
H 104 τίδας. ὥστε καὶ σοὶ βασιλείαν ἔχοντι τὸ περιέργῳ εἶναι οὐ δίκαιον· λύοντι δέ σοι τὰς σπονδὰς καὶ ἐφ᾽ ἡμᾶς ἰόντι ἀπαντήσομεν ὅση

6. ἐξ αὐτῆς] „ἐξαυτῆς si ὑφὲν legas, idem erit quod εὐθέως, ut apud Philonem lib. περὶ τῶν μετονομαζομένων." Hoeschel. 9. ἐπιτρέψομεν] ἐπιστρέψομεν LHm. 10. ἢν μὴ] ἤν μοι H. *ibid.* ποιῇς Grotius. ποιεῖς P. 11. ἐκποδὼν] ἐκποδῶν P.

stodia sepsit, peccati insimulatos, quod Byzantium aufugere meditarentur. His quoque auditis, Iustinianus legationem alteram misit, et literas in hanc sententiam scriptas. *Priorem ad te epistolam scripsimus, id persuasum habentes, te nunquam consilio nostro adversaturum. Nunc, quando libet ita regnum tenere, ut tenes, cape sis quidquid inde fortuna tibi dederit. Ad nos tantum Ildericum et Hoamerem caecum cum fratre mitte, solatio levandos, quod admittere possunt, qui vel regnum, vel oculos amisere. Ac nisi sponte petitioni concesseris, rem arbitrio tuo non permittemus. Movet enim nos fiducia, quae illis in nostra amicitia fuit. Nec nobis obstabit pax cum Gizerico composita: nam eius legitimo successori non inferemus bellum; sed illatam iniuriam ulciscemur.*

His lectis Gelimer ita rescripsit. *Rex Gelimer Iustiniano Imp. Nec per vim sceptrum obtinui, nec propinquis meis ulla iniuria facta est. Etenim Vandali Ildericum in Gizerici domum nova cudentem de dignitatis gradu dimoverunt: me vero ad regnum aetas vocavit, praerogativam mihi iure concedens. Porro is pulcre facit, qui suo Imperio administrando intentus, alieni curas non suscipit. Tibi igitur, cum sis Imperator, nefas*

δύναμις, μαρτυρόμενοι τοὺς ὅρκους τοὺς Ζήνωνι ὀμωμοσμένους, B
οἷ τὴν βασιλείαν παραλαβὼν ἔχεις." ταῦτα λαβὼν Ἰουστινια-
νὸς βασιλεὺς τὰ γράμματα, ἔχων καὶ πρότερον δι' ὀργῆς Γελί-
μερα, ἔτι μᾶλλον ἐς τὴν τιμωρίαν ἐπῆρτο. καί οἱ ἔδοξε κατα-
λύσαντι ὡς τάχιστα τὸν Μηδικὸν πόλεμον ἐς Λιβύην στρατεῦσαι·
ἦν γὰρ ἐπινοῆσαί τε ὀξὺς καὶ ἄοκνος τὰ βεβουλευμένα ἐπιτελέσαι.
παρῆν μὲν αὐτῷ μετάπεμπτος ὁ τῆς ἑῴας στρατηγὸς Βελισάριος,
οὐχ ὅτι ἐς Λιβύην στρατηγήσειν μέλλοι προειρημένον αὐτῷ ἢ
ἄλλῳ ὁτῳοῦν, ἀλλὰ τῷ λόγῳ παραλέλυτο ἧς εἶχεν ἀρχῆς. γε-
γόνασι δὲ αὐτίκα αἱ πρὸς Πέρσας σπονδαί, ὡς ἐν τοῖς ἔμπρο-
σθεν λόγοις ἐῤῥήθη.

ι'. Βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς, ἐπεί οἱ τά τε οἴκοι καὶ τὰ C
ἐς τοὺς Πέρσας ὡς ἄριστα εἶχε, τὰ ἐν Λιβύῃ πράγματα ἐν βουλῇ
ἐποιεῖτο. ἐπεὶ δὲ ἐς τὰς ἀρχὰς ἐξήνεγκεν ὡς στρατιὰν ἀγείροι
ἐπὶ Βανδίλους τε καὶ Γελίμερα, οἱ πλεῖστοι ἤδη ἐδυσχέραινόν τε
καὶ ἐν ξυμφορᾷ ἦσαν, τόν τε Λέοντος τοῦ βασιλέως στόλον καὶ
τὸ τοῦ Βασιλίσκου πάθος ἀνανεούμενοί τε καὶ ἀποστοματίζοντες
στρατιώτας μὲν ὅσοι ἀπέθανον, χρήματα δὲ ὅσα τὸ δημόσιον
ὤφειλε. μάλιστα δὲ ἤλγουν τε καὶ περιώδυνοι τῇ μερίμνῃ ἐγί- D
νοντο ὅ τε τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ὃν δὴ πραίτωρα καλοῦσι Ῥω-
μαῖοι, καὶ ὁ τοῦ ταμιείου ἡγούμενος καὶ ὅτῳ ἄλλῳ φόρου ξυλλογὴ
δημοσίου ἢ βασιλικοῦ ἐπετέτακτο, λογιζόμενοι ὅτι αὐτοῖς εἰς τὴν

5. πόλεμον om. L. 11. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. 14. ἐποιεῖτο] εἶχεν AL. γρ. ἐποιεῖτο Am. *ibid.* ἀγείροι] ἐγείροι H: illud Hm. 19. ὤφειλε LHm. ὦφλε HP. 22. εἰς om. HL.

est alio distrahi curiositate: foedifrago autem, nosque adorienti pro viribus obsistemus, testantes iusiurandum Zenonis, a quo Imperium ad te devenit. Iratus iam satis Gelimeri Iustinianus Aug. cum has literas accepisset, ad ultionis cupiditatem exarsit acrius, censuitque, ut consilia acute inveniebat et impigre exequebatur, bellum sine mora cum Persis dirimendum esse, et in Africam transferendum. Aderat Belisarius Magister militum Orientis, quem revocaverat, cum illum expeditionis Africanae ducem futurum, nec ipsi, nec alii cuiquam ante dixisset. Eidem, in speciem scilicet, magistratum, quem habebat, abrogavit: subinde pax cum Persis, uti in superioribus libris narravimus, composita est.

10. Postquam res domesticas Iustinianus Aug. et quas cum Persis susceptas habebat, optime constituit, Libycas in deliberationem adduxit. Ubi vero proceribus declaravit, se exercitum adversus Vandalos ac Gelimerem conflare, plerosque angor invasit, memoria repetentes Leonis Aug. classem cladem que Basilisci, et numerum referentes tum militum qui perierant, tum pecuniae, quam aerarium debebat. In primis Praefectus Praetorio (Romani Praetorem vocant) et Praefectus aerarii, et quicunque vectigalia vel publica vel Caesarea colligebant, dolore animi et gravi sollicitudine urebantur, secum reputantes necesse fore, ut, in

τοῦ πολέμου χρείαν δεήσει ἄμετρα φέρουσιν οὔτε ξυγγνώμης τινὸς οὔτε ἀναβολῆς ἀξίοις εἶναι. τῶν δὲ στρατηγῶν αὐτὸς ἕκαστος στρατηγήσειν οἰόμενος κατωρρώδει τε καὶ ἀπώκνει τοῦ κινδύνου P 202 τὸ μέγεθος, εἴ οἱ ἀναγκαῖον εἴη διασωθέντι ἐκ τῶν ἐν θαλάσσῃ κακῶν στρατοπεδεύεσθαι μὲν ἐν τῇ πολεμίᾳ, ἐκ δὲ τῶν νεῶν ὡρμημένῳ διαμάχεσθαι πρὸς βασιλείαν μεγάλην τε καὶ λόγου ἀξίαν. οἱ δὲ στρατιῶται ἄρτι ἐκ πολέμου μακροῦ τε καὶ χαλεποῦ ἐπανήκοντες οὔπω τε ὅλῃ γλώσσῃ ἀγαθῶν τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν γευσάμενοι ἐν ἀμηχανίᾳ ἐγένοντο, ἔς τε ναυμαχίαν ἀγόμενοι, ἣν οὐδὲ ἀκοῇ πρότερον παραλαβόντες ἐτύγχανον, καὶ ἀπὸ τῶν ἑῴων ὁρίων στελλόμενοι ἐς τὰς τοῦ ἡλίου δυσμὰς, ἐφ᾽ ᾧ διακινδυνεύσουσι πρός τε Βανδίλους καὶ Μαυρουσίους. οἱ δὲ δὴ ἄλλοι, ὅπερ ἐν B ὁμίλῳ φιλεῖ γίγνεσθαι, νεωτέρων πραγμάτων ἤθελον διὰ κινδύνων ἀλλοτρίων θεαταὶ γενέσθαι.

Βασιλεῖ μέντοι εἰπεῖν τι ἐπὶ κωλύμῃ τῆς στρατιᾶς οὐδεὶς, ὅτι μὴ ὁ Καππαδόκης Ἰωάννης, ἐτόλμησεν, ὁ τῆς αὐλῆς ἔπαρχος, θρασύτατός τε ὢν καὶ δεινότατος τῶν κατ᾽ αὐτὸν ἁπάντων. οὗτος γὰρ ὁ Ἰωάννης τῶν ἄλλων σιωπῇ τὰς παρούσας ὀδυρομένων τύχας παρελθὼν εἰς βασιλέα ἔλεξε τοιάδε ,, Τὸ πιστὸν, ὦ βασιλεῦ, τῆς ἐς τοὺς ὑπηκόους τοὺς σοὺς ὁμιλίας τὴν παρρησίαν ἡμῖν ἀναπετάννυσι ποιεῖν τε καὶ λέγειν ὅ τι ἂν μέλλῃ τῇ πολιτείᾳ ξυνοίσειν τῇ σῇ, ἣν καὶ μὴ πρὸς ἡδονήν σοι τὰ λεγόμενά τε καὶ

11. διακινδυνεύσουσι] διακινδυνεύουσι L. 22. ξυνοίσειν] ξυνήσειν H.

praebendis ad belli usus sumptibus infinitis, nec venia nec laxamento ullo dignarentur. Ducum vero, cum quisque sibi bellum hoc datum iri existimaret, nemo non formidabat, ac periculi magnitudinem refugiebat, si quidem facere non posset, quin casibus incommodisque maris defunctus, in hostili solo castra poneret, statimque ab excensione cum magno ac florentissimo regno pugnaret. Milites quoque e diuturno difficilique bello non ita pridem reduces, libatis tantum, necdum tota, quod aiunt, lingua gustatis otii domestici deliciis, haesitabant; ob id praesertim, quod ad navalia praelia, rem sibi hactenus inauditam, ducerentur, et ab ultimo Oriente mitterentur ad Occasum solis, ut cum Vandalis Maurisque dimicarent. Ac caeteri (ut fit in multitudine) rerum novarum spectatores esse alieno periculo cupiebant.

Tunc praeter Ioannem Cappadocem, Praefectum Praet. audacissimum hominem atque ingeniosissimum aevi sui, nemo quisquam quo expeditionem dissuaderet, Imperatori dicere ausus est. Nam caeteris iniquitatem temporis tacite deplorantibus, Ioannes ad Augustum in hanc sententiam dixit. *Familiaris huius tui cum subditis usus fiducia, Auguste, eam nobis libertatem offert, ut quae rationibus tuis conducunt, et dicere audeamus et facere; quamvis dicta illa factaque nostra ad voluptatem tuam comparata*

πρασσόμενα ᾖ. οὕτω γάρ σοι κεράννυσι τῷ δικαίῳ τὴν ἐξουσίαν C ἡ σύνεσις, ὥστε οὐ τὸν ὑπηρετήσαντα πάντως εὔνουν εἶναι ἡγῇ τοῖς σαυτοῦ πράγμασιν, οὐδὲ τῷ ἀντειπόντι χαλεπῶς ἔχεις, ἀλλὰ V 362 μόνῳ τῷ τῆς διανοίας ἀκραιφνεῖ πάντα σταθμώμενος ἀκίνδυνον ἡμῖν ἀπέδειξας πολλάκις τὸ τοῖς σοῖς ἀντιστῆναι βουλεύμασι. τούτοις ἡγμένος, ὦ βασιλεῦ, κατέστην εἰς ξυμβουλὴν τήνδε, προσκρούσων μὲν τὸ παραυτίκα ἴσως, ἂν οὕτω τύχοι, ἐς δὲ τὸ μέλλον τὴν εὔνοιαν τὴν ἐμὴν καταφανῆ δείξων, ταύτης τέ σε μάρτυρα παρεξόμενος. ἢν γὰρ ἀπειθῶν τοῖς λεγομένοις ἐξοίσεις ἐς Βανδίλους τὸν πόλεμον, μηκυνομένης σοι τῆς ἀγωνίας τὴν ἐμὴν παραίνεσιν εὐδοκιμῆσαι ξυμβήσεται. εἰ μὲν γὰρ ὡς κρατή- D σεις τῶν πολεμίων τὸ θαρρεῖν ἔχεις, οὐδὲν ἀπεικὸς σὲ τά τε σώματα προΐεσθαι καὶ χρημάτων δαπανᾶν πλῆθος, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῶν ἀγώνων ὑφίστασθαι πόνους. νίκη γὰρ ἐπιγενομένη πάντα καλύπτει τὰ τοῦ πολέμου πάθη. εἰ δὲ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς τοῦ θεοῦ γόνασι κεῖται, παραδείγμασι δὲ τῶν προγεγενημένων χρωμένους ἡμᾶς ἀνάγκη δεδιέναι τὸ τοῦ πολέμου πέρας, πῶς οὐχὶ H 105 τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι κινδύνων τὸ τὴν ἡσυχίαν ἀγαπᾶν ἄμεινον; ἐπὶ Καρχηδόνα διανοῇ στρατεύειν, εἰς ἣν κατὰ μὲν τὴν ἤπειρον ἰόντι ὁδὸς τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν ἡμερῶν ἐστι, πλέοντι δὲ ἀνάγκη τὸ πέλαγος ὅλον ἀμειψαμένῳ πρὸς τὰς ἐσχατιὰς τῆς θαλάσσης ἐλθεῖν. ὥστε τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ ξυμβησομένων ἐνιαύσιόν σοι δεήσει τὸν ἄγγελον ἥκειν. προσθείη δὲ ἄν τις ὡς, ἢν μὲν P 203

7. μὲν τὸ] μέντοι L corr. Hm. 10. ἀγωνίας] εὐωνίας L: illud Lm. 15. δὲ ταῦτα L. δέ τ' αὖ P. 21. ἀμειψαμένῳ] ἐψαμένῳ L.

non sint. In te enim sic potentiam aequitate admista temperat sapientia, ut, si quis tibi morem ubique gerat, non continuo fidum addictumque rebus tuis existimes, nec rursus contradicenti succenseas. At omnia recti iudicii momentis ponderans, saepe planum fecisti posse nos tuis sententiis absque periculo refragari. His inductus, Auguste, ad hanc deliberationem accessi: in cuius primo aditu te fortassis offendam; sed meum postea patebit studium, eiusque testem te ipsum habebo. Enimvero si ab oratione mea aversus, Vandalis bellum indixeris, dum eius diuturnitas animi tui aestum intendet, tunc meam commonitionem probabis. Te quidem, si spes victoriae tenet explorata, nec sanguini, nec pecuniae, nec Martis laboribus parcere consentaneum fuerit: nam omnes belli calamitates consequens victoria tegit. Sin illa in arbitrio Dei posita latet, ac maiorum exempla eo nos necessario ducunt, ut belli exitum timeamus, nonne satius est otium, quam praeliorum aleam sequi? Armis petere vis Carthaginem: quo nimirum si per continentem itur, dierum iter est CXL. *si navigio, necesse est, emenso pelago, ad extremas maris oras applicare. Quare nonnisi post annum pervenire ad te poterit rerum nuntius, quae in castris gerentur. Ad*

κρατήσῃς τῶν πολεμίων, Λιβύης μεταποιεῖσθαι οὐκ ἂν δύναιο, τῆς τε Σικελίας καὶ Ἰταλίας ὑφ' ἑτέροις κειμένης· ἢν δέ τι καὶ πταίσῃς, ὦ βασιλεῦ, λελυμένων ἤδη σοι τῶν σπονδῶν ἐς τὴν ἡμετέραν τὸν κίνδυνον ἄξεις, ξυνελόντι τε εἰπεῖν οὔτε ἀπόνασθαι παρέσται σοι τῆς νίκης καὶ τὸ τῆς τύχης ἐναντίωμα λυμανεῖται τοῖς εὖ καθεστῶσι. πρὸ τῶν πραγμάτων τὸ τῆς εὐβουλίας ὄφελός ἐστι. τοῖς μὲν γὰρ ἐπταικόσι τὸ μεταμέλειν ἀνόνητον, πρὸ δὲ τῶν δεινῶν τὸ μεταμανθάνειν ἀκίνδυνον. οὐκοῦν ξυνοίσει πάντων μάλιστα τὸ τοῖς καιροῖς ἐν δέοντι χρῆσθαι."

B Ἰωάννης μὲν τοσαῦτα εἶπεν. ἀποδεξάμενος δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν ἐς τὸν πόλεμον προθυμίαν κατέπαυσε. τῶν δέ τις ἱερέων, οὓς δὴ ἐπισκόπους καλοῦσιν, ἐκ τῆς ἑῴας ἥκων ἔφη ἐς λόγους τῷ βασιλεῖ ἐλθεῖν βούλεσθαι. καὶ ἐπειδὴ αὐτῷ ξυνέμιξεν, ἔλεγέν οἱ τὸν θεὸν ἐπισκῆψαι ὄναρ γενέσθαι τε ὡς βασιλέα καὶ αὐτὸν αἰτιάσασθαι ὅτι δὴ Χριστιανοὺς τοὺς ἐν Λιβύῃ ῥύεσθαι ἐκ τυράννων ὑποδεξάμενος εἶτα λόγῳ οὐδενὶ κατωρρώδησε· „καίτοι αὐτὸς" ἔφη „οἱ πολεμοῦντι ξυλλήψομαι Λιβύης τε κύριον θήσομαι." ταῦτα βασιλεὺς ἐπεὶ ἤκουσε, κατέχειν τὴν διάνοιαν
C οὐκέτι ἐδύνατο, ἀλλὰ τήν τε στρατιὰν καὶ τὰς ναῦς ἤγειρεν, ὅπλα τε καὶ σιτία ἡτοίμαζε καὶ Βελισαρίῳ ἐν παρασκευῇ ἐπήγγελλεν εἶναι ὡς ἐν Λιβύῃ στρατηγήσοντι αὐτίκα μάλα. Τρίπολιν

4. ἄξεις] Vulgo ἄξοις. 10. ὁ βασιλεὺς] Aberat ὁ. 20. ἐπήγγελλεν] ἐπήγγελεν L. 21. ἐν Λιβύῃ] ἐς λιβύην L.

haec, si hostium forte victor evaseris, ideo tamen quia Sicilia atque Italia in aliena sunt ditione, Africam in tua tenere nequis. Quod si male res tibi cesserit, Auguste, pax a te rupta bellum in fines nostros accerset. Atque, ut uno verbo absolvam, fructum e victoria nullum capere poteris; contra ex adverso fortunae casu magnum detrimentum contrahet iam optimus Reip. status. Ante coeptum opus consilium sanum usui est: post rem male gestam inutilis est poenitentia: tuta vero ac salutaris mutatio sententiae, priusquam mala contigerint. Quae cum ita sint, maxime expediet, operam occasionibus accommodare.

Huic Ioannis orationi assensus Imperator, studium ingens belli remisit. Tum quidam ex ordine sacerdotum, quos Episcopos vocant, ab Oriente profectus, habere se dixit quae cum Augusto communicaret. Ad colloquium introductus, asseruit se a Deo secundum quietem mandata haec accepisse, ut Imperatorem adiret incusaretque, quod cum Africae Christianos tyrannide exempturum se recepisset, vano deinde metu esset deterritus. *At*, inquit, *haec dixit Dominus: Bellanti ipsi adero, subque eius imperium Africam subiungam.* Quo audito, continere se Augustus non potuit, quin milites ac naves cogeret, arma et commeatus pararet, ac praeciperet Belisario, uti se accingeret ad exercitum primo quoque die ducendum in Africam. Interea Tripolin Africae quidam e civibus (Pu-

δὲ τὴν ἐν Λιβύῃ τῶν τις ἐπιχωρίων Πουδέντιος ἀπὸ Βανδίλων ἀπέστησε. πέμψας τε ὡς βασιλέα ἐδεῖτό οἱ στρατιὰν στεῖλαι· πόνῳ γὰρ αὐτῷ τὴν χώραν οὐδενὶ προσποιήσειν· ὁ δέ οἱ ἄρχοντά τε Ταττιμοὺθ καὶ στράτευμα οὐ πολὺ ἔστειλεν. ὃ δὴ ἑταιρισάμενος Πουδέντιος Βανδίλων οὐ παρόντων τήν τε χώραν ἔσχε καὶ βασιλεῖ προσεποίησε. τῷ δὲ Γελίμερι τιμωρεῖν βουλομένῳ Πουδέντιον ἐναντίωμα ξυνέπεσε τόδε.

Γώδας τις ἦν ἐν τοῖς Γελίμερος δούλοις, Γότθος τὸ γένος, D θυμοειδὴς μὲν καὶ δραστήριος καὶ πρὸς ἰσχὺν ἱκανῶς πεφυκώς, εὐνοϊκῶς δὲ δοκῶν ἐς τὰ τοῦ δεσπότου πράγματα ἔχειν. τούτῳ τῷ Γώδᾳ ὁ Γελίμερ Σαρδὼ τὴν νῆσον ἐπέτρεψε, φυλακῆς τε ἕνεκα καὶ φόρον τὸν ἐπέτειον ἀποφέρειν. ὁ δὲ τὴν ἀπὸ τῆς τύχης εὐημερίαν οὔτε καταπέψαι οὔτε τῇ ψυχῇ φέρειν οἷός τε ὢν τυραννίδι ἐπεχείρησε, καὶ οὐδὲ τὴν τοῦ φόρου ἀπαγωγὴν ἀποφέρειν ἔτι ἠξίου, ἀλλὰ καὶ τὴν νῆσον αὐτὸς Βανδίλων ἀποστήσας εἶχε. καὶ ἐπεὶ ᾔσθετο βασιλέα Ἰουστινιανὸν πολεμησείοντα ἐπί τε Λιβύην V 363 καὶ Γελίμερα, ἔγραψε πρὸς αὐτὸν τάδε „Οὔτε ἀγνωμοσύνῃ εἴκων P 204 οὔτε τι ἄχαρι πρὸς δεσπότου παθὼν τοῦ ἐμοῦ ἐς ἀπόστασιν εἶδον, ἀλλὰ τἀνδρὸς ἰδὼν τὴν ὠμότητα ἰσχυρὰν οἵαν ἔς τε τὸ ξυγγενὲς καὶ ὑπήκοον μετέχειν τῆς ἀπανθρωπίας οὐκ ἂν δόξαιμι ἑκών γε εἶναι. ἄμεινον γὰρ βασιλεῖ δικαίῳ ὑπηρετεῖν ἢ τυράννῳ τὰ οὐκ

13. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. *ibid.* καταπέψαι LHm. καταπέμψαι P. 15. νῆσον] νῆσσον HL. 17. εἴκων A, ut coniecit Maltretus. ἥκων P. 18. οὔτε τι L. Aberat τι. 19. ξυγγενὲς HL. συγγενὲς P.

dentio nomen erat) a Vandalis defectione seiunxit, et per nuntios ab Augusto copias petiit, spondens se in eius ditionem nullo negotio provinciam redacturum. Ille ducem Tattimuth eo misit cum parvo exercitu, quo instructus Pudentius provinciam, absentibus Vandalis, occupavit, subdiditque Imperatori. Quominus autem Gelimer poenas, uti destinaverat, e Pudentio sumeret, novus iste casus impediit.

Quidam erat inter subditos Gelimeris Godas, natione Gotthus: animosus vir, strenuus, et robore singulari praeditus: qui rebus domini impense studere videbatur. Propterea Gelimer Sardiniam ei commiserat cum annui tributi onere. Is vero cum infirmioris esset animi, quam ut fortunae gratiam, difficili cibo similem, coqueret ac salubriter ferret; in tyrannidem incubuit, nec solum tributo, sed ipsa etiam insula Vandalos spoliavit: atque ubi Iustinianum Aug. belli in Africam et Gelimerem movendi cupidine teneri sensit, has ad ipsum literas dedit. *A domino meo descivi, quamvis ab eo nunquam indigne vel acerbe habitus: sed postquam illum in propinquos subditosque suos crudelissimum animadverti, committere nolui ut inhumanitatis particeps viderer esse. Certe praestat Imperatori*

ἔννομα ἐπαγγέλλοντι. ἀλλ' ὅπως μὲν συλλήψῃ μοι ταῦτα σπου-
δάζοντι, ὅπως δὲ στρατιώτας πέμποις ὥστε με ἀμύνασθαι τοὺς
ἐπιόντας ἱκανῶς ἔχειν." ταύτην βασιλεὺς ἄσμενος λαβὼν τὴν
ἐπιστολὴν Εὐλόγιον πρεσβευτὴν ἔπεμψε καὶ γράμματα ἔγραψεν,
ἐπαινῶν τὸν Γώδαν τῆς τε ξυνέσεως καὶ τῆς ἐς τὴν δικαιοσύνην
B προθυμίας, ξυμμαχίαν τε ἐπαγγελλόμενος καὶ στρατιώτας καὶ
στρατηγὸν, ὃς αὐτῷ ξυμφυλάξαι τὴν νῆσον οἷός τε εἴη καὶ τὰ
ἄλλα ξυλλήψεσθαι, ὥστε αὐτῷ δύσκολον μηδὲν πρὸς Βανδίλων
ξυμβῆναι. Εὐλόγιος δὲ ἀφικόμενος ἐς Σαρδὼ εὕρισκε Γώδαν
ὄνομά τε καὶ σχῆμα βασιλέως περιβαλλόμενον καὶ δορυφόρους
προσποιησάμενον. ὃς ἐπειδὴ τὴν βασιλέως ἐπιστολὴν ἀνελέξατο,
στρατιώτας μὲν ἔφη ἐς ξυμμαχίαν ἐλθεῖν βουλομένῳ εἶναι, ἄρ-
χοντος δὲ οὐ πάνυ χρῄζειν. κατὰ ταῦτά τε πρὸς βασιλέα γρά-
ψας τὸν Εὐλόγιον ἀπεπέμψατο.

C ιά. Ταῦτα βασιλεὺς οὔπω πεπυσμένος τετρακοσίους τε
H 106 στρατιώτας καὶ ἄρχοντα Κύριλλον ὡς τὴν νῆσον ξυμφυλάξοντας
Γώδᾳ ἡτοίμαζεν. ἤδη δὲ ξὺν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐς Καρχηδόνα στρα-
τείαν ἐν παρασκευῇ εἶχε, πεζοὺς μὲν στρατιώτας μυρίους, ἱππέας
δὲ πεντακισχιλίους, ἔκ τε στρατιωτῶν καὶ φοιδεράτων ξυνειλεγμέ-
νους. ἐν δὲ δὴ φοιδεράτοις πρότερον μὲν μόνοι βάρβαροι κατε-
λέγοντο, ὅσοι οὐκ ἐπὶ τὸ δοῦλοι εἶναι, ἅτε μὴ πρὸς Ῥωμαίων
D ἡσσημένοι, ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ τῇ ὁμοίᾳ ἐς τὴν πολιτείαν ἀφί-
κοιντο. φοίδερα γὰρ τὰς πρὸς τοὺς πολεμίους σπονδὰς καλοῦσι

1. **συλλήψῃ μοι A. συλλήψοιμι P.**

iusto quam tyranno iniqua iubenti servire. Tu vide ut in hac re enitenti mihi opituleris, et militem mittas, quo possim aggressores repellere. His laetus litteris Augustus legavit Eulogium, scriptaque epistola, Godae prudentiam et erectum ad iustitiam tuendam animum laudavit; armorum etiam societatem promisit, et cum copiis ducem, qui coniuncte custodire insulam posset: demum ita se subventurum, ut nihil Vandali interpellaturi ipsum essent. In Sardiniam pervectus Eulogius Godam offendit regio iam nomine habituque insignem et satellitio stipatum: qui lectis Augusti litteris, milites quidem ut venirent socias vires iuncturi secum, cupere se dixit; ducem vero non adeo opus esse. In hanc rationem scriptis ad Augustum litteris, remisit Eulogium.

11. Nondum haec Augustus acceperat, cum milites CD. expedivit, Sardiniam Cyrillo duce una cum Goda custodituros. Simul etiam exercitum ad Punicam expeditionem paravit, peditum millibus constantem X. equitum V. quos cum e Romanis militibus, tum e foederatis collegit. Olim in foederatorum ordine soli Barbari censebantur: qui cum a Romanis victi non fuissent, non inferiore, sed aequali conditione ad Remp. se adiunxerant. Et vero Romanum vocabulum *foedera* iunctam cum hoste

Ῥωμαῖοι. τὸ δὲ νῦν ἅπασι τοῦ ὀνόματος τούτου ἐπιβατεύειν οὐκ ἐν κωλύμῃ ἐστὶ, τοῦ χρόνου τὰς προσηγορίας ἐφ' ὧν τέθεινται ἥκιστα ἀξιοῦντος τηρεῖν, ἀλλὰ τῶν πραγμάτων ἀεὶ περιφερομένων, ᾗ ταῦτα ἄγειν ἐθέλουσιν ἄνθρωποι, τῶν πρόσθεν αὐτοῖς ὠνομασμένων ὀλιγωροῦντες. ἄρχοντες δὲ ἦσαν φοιδεράτων μὲν Δωρόθεός τε, ὁ τῶν ἐν Ἀρμενίοις καταλόγων στρατηγὸς, καὶ Σολόμων, ὃς τὴν Βελισαρίου ἐπετρόπευε στρατηγίαν· (δομέστικον τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. ὁ δὲ Σολόμων οὗτος εὐνοῦχος μὲν P 205 ἦν, οὐκ ἐξ ἐπιβουλῆς δὲ ἀνθρώπου τὰ αἰδοῖα ἐτύγχανεν ἀποτμηθεὶς, ἀλλά τις αὐτῷ τύχη ἐν σπαργάνοις ὄντι τοῦτο ἐβράβευσε·) καὶ Κυπριανὸς καὶ Βαλεριανὸς καὶ Μαρτῖνος καὶ Ἀλθίας καὶ Ἰωάννης καὶ Μάρκελλος καὶ Κύριλλος, οὗ πρόσθεν ἐμνήσθην· στρατιωτῶν δὲ ἱππέων μὲν Ῥουφῖνός τε καὶ Αἰγᾶν, ἐκ τῆς Βελισαρίου οἰκίας ὄντες, καὶ Βαρβᾶτος καὶ Πάππος, πεζῶν δὲ ὁ Θεόδωρος, ὅνπερ Κτενᾶτον ἐπίκλησιν ἐκάλουν, καὶ Τερέντιός τε καὶ Ζάϊδος καὶ Μαρκιανὸς καὶ Σάραπις. Ἰωάννης δέ τις ἐξ Ἐπιδάμνου ὁρμώμενος, ἣ νῦν Δυρράχιον καλεῖται, τοῖς τῶν πεζῶν ἡγεμόσιν ἅπασιν ἐφειστήκει. τούτων ἁπάντων Σολόμων ἑῷος μὲν B ἐτύγχανεν ὢν ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἐσχατιᾶς αὐτῆς, οὗ νῦν πόλις οἰκεῖται Δάρας, Αἰγᾶν δὲ ἦν Μασσαγέτης γένος, οὓς νῦν Οὕννους καλοῦσιν. οἱ δὲ λοιποὶ σχεδόν τι ἅπαντες τὰ ἐπὶ τῆς Θρά-

2. *τέθεινται*] *τέθειται* HL: illud Hm. 7. *Βελισαρίου*] * *βελισάριον* H. 11. *Βαλεριανὸς*] *βαλλεριανὸς* HL. *ibid.* *Ἀλθίας* P cum RV. *ἀλθίας* LHm. 14. *Βαρβᾶτος*] *Βαρβάτος* P. 15. *Κτενάτον* (nam sic P)] *κτενωτὸν* Grotius. *Parthenium* RV. 16. *Σάραπις*] *Saraias* RV.

amicitiam et societatem significat. Nunc licet omnibus nomen hoc sibi arrogare, ut fit temporis lapsu, quo appellationes a rebus suis interea abeunt, dum ipsae res mutantur, prout placet hominibus, nihil pensi habentibus, rectene an secus pristina nomina impleantur. Foederatis praeerant Dorotheus numerorum militarium Armeniae dux, et Salomon, quem Belisarius Magisterii militiae administrum habebat (Domesticum Romani vocant). Erat hic spado, non consilio, sed casu ei quondam in cunis excisa virilitate. Ducebant etiam foederatos Cyprianus, Valerianus, Martinus, Althias, Ioannes, Marcellus et, cuius mentio supra incidit, Cyrillus. Romanorum militum ductores erant, equitum quidem Rufinus et Aigan domestici Belisarii, Barbatus item et Pappus; peditum vero Theodorus cognomento Ctenatus, Terentius, Zaidus, Marcianus et Sarapis. Peditatus ducibus imperabat Ioannes, ex urbe Epidamno, quam hodie Dyrrhachium appellant, oriundus. Erat patria Salomonis in Oriente, ad ipsum Imperii Rom. limitem, ubi nunc urbs Dara colitur. Aigan parentes habuit Massagetas, sive, ut iam vocitant, Hunnos: caeteri fere Thraces

κης χωρία ᾤκουν. εἵποντο δὲ αὐτοῖς Ἔρουλοι τετρακόσιοι, ὧν
Φάρας ἦρχε, καὶ ξύμμαχοι βάρβαροι ἑξακόσιοι μάλιστα ἐκ τοῦ
Μασσαγετῶν ἔθνους, ἱπποτοξόται πάντες· ὧν δὴ ἡγοῦντο Σιν-
νίων τε καὶ Βάλας, ἀνδρείας τε καὶ καρτερίας ἐς ἄκρον ἥκοντες.
ναῦς δὲ ἡ ξύμπασα στρατιὰ πεντακοσίας ἦγε, καὶ αὐτῶν οὐδε-
V 364 μία πλέον ἢ κατὰ μυριάδας πέντε μεδίμνων φέρειν οἵα τε ἦν, οὐ
μὴν οὐδὲ ἔλασσον ἢ κατὰ τρισχιλίους. ναῦται δὲ δισμύριοι ἐπέ-
C πλεον ἁπάσαις, Αἰγύπτιοί τε καὶ Ἴωνες οἱ πλεῖστοι καὶ Κίλικες,
ἀρχηγός τε εἷς ἐπὶ ταῖς ναυσὶν ἁπάσαις Καλώνυμος Ἀλεξανδρεὺς
ἀποδέδεικτο. ἦσαν δὲ αὐτοῖς καὶ πλοῖα μακρά, ὡς ἐς ναυμαχίαν
παρεσκευασμένα, ἐνενήκοντα δύο, μονήρη μέντοι καὶ ὀροφὰς
ὕπερθεν ἔχοντα, ὅπως οἱ ταῦτα ἐρέσσοντες πρὸς τῶν πολεμίων
ὡς ἥκιστα βάλλοιντο. δρόμωνας καλοῦσι τὰ πλοῖα ταῦτα οἱ νῦν
ἄνθρωποι· πλεῖν γὰρ κατὰ τάχος δύνανται μάλιστα. ἐν τούτοις
δὴ Βυζάντιοι δισχίλιοι ἔπλεον, αὐτερέται πάντες· περίνεως γὰρ
ἦν ἐν τούτοις οὐδείς. ἐστέλλετο δὲ καὶ Ἀρχέλαος, ἀνὴρ ἐς πα-
τρικίους τελῶν, ἤδη μὲν τῆς αὐλῆς ὕπαρχος ἔν τε Βυζαντίῳ καὶ
D Ἰλλυριοῖς γεγονώς, τότε δὲ τοῦ στρατοπέδου καταστὰς ὕπαρχος.
οὕτω γὰρ ὁ τῆς δαπάνης χορηγὸς ὀνομάζεται. στρατηγὸν δὲ αὐ-
τοκράτορα ἐφ᾽ ἅπασι Βελισάριον βασιλεὺς ἔστελλεν, ὃς τῶν ἑῴων
αὖθις καταλόγων ἦρχε. καί αὐτῷ πολλοὶ μὲν δορυφόροι, πολ-
λοὶ δὲ ὑπασπισταὶ εἵποντο, ἄνδρες τε ἀγαθοὶ τὰ πολέμια καὶ τῶν
περὶ ταῦτα κινδύνων ἀτεχνῶς ἔμπειροι. γράμματά τε αὐτῷ βα-

2. τοῦ] Vulgo τῶν. 7. ἐπέπλεον] ἐνέπλεον Pm.

erant. Eos sequebantur CD. Eruli, duce Phara: et socii Barbari ferme DC. Massagetae, qui erant omnes equites sagittarii, et Sinnioni ac Balae, generosissimis fortissimisque viris, parebant. Naves quingentas agebat universus exercitus: quarum nulla amplius L. medimnum millia ferre poterat, nec minus III. M. Iis omnibus vehebantur nautae XX. M. maximam partem Aegyptii, Iones, Cilicesque, praefecto classi Calonymo Alexandrino. Longas naves ad maritimum praelium instructas habebant XCII. quae uno remorum ordine agebantur, tectis munitae, ne ab hoste remiges telis figerentur: eas nunc dromonas nominant, quod sint ad cursum expeditissimae. In iis navigabant Byzantii bis mille, et quidem ipsimet remiges ad unum omnes: nullum enim, qui solum vector esset, in suo numero habebant. Archelaus quoque profectionem suscipiebat, vir Patricius, ac prius quidem functus Praefectura Praetorii tum Byzantii, tum in Illyrico; tunc autem creatus Quaestor exercitus: sic vocatur sumptuum praebitor. Denique Belisarius, iam iterum Magister militum Orientis, ab Augusto cum summo in omnes imperio mittebatur, ingenti septus comitatu hastatorum scutatorumque satellitum, qui bellatores erant egregii, et armorum periculis multum exerciti. Caeterum per literas potestatem ei

σιλεὺς ἔγραφε, δρᾶν ἕκαστα ὅπη ἂν αὐτῷ δοκοίη ἄριστα ἔχειν, ταῦτά τε κύρια εἶναι, ἅτε αὐτοῦ βασιλέως αὐτὰ διαπεπραγμένου. βασιλέως γὰρ αὐτῷ ῥοπὴν τὰ γράμματα ἐποίει. ὥρμητο δὲ ὁ Βελισάριος ἐκ Γερμανίας, ἣ Θρᾳκῶν τε καὶ Ἰλλυριῶν μεταξὺ κεῖται. ταῦτα μὲν οὖν ἐγένετο τῇδε.

Γελίμερ δὲ Τριπόλεώς τε πρὸς Πουδεντίου καὶ Σαρδοῦς P 206 πρὸς Γώδα ἐστερημένος, Τρίπολιν μὲν ἀνασώσασθαι μόλις ἤλπισεν, ἀπωτέρω τέ οἱ κειμένην καὶ Ῥωμαίων ἤδη τοῖς ἀποστᾶσι ξυλλαμβανόντων, ἐφ᾽ οὓς δὴ μὴ αὐτίκα στρατεύειν ἔδοξέν οἱ ἄριστα ἔχειν· ἐς δὲ τὴν νῆσον προτερῆσαι ἠπείγετο, πρὶν ἢ καὶ ἐς ταύτην ξυμμαχίαν ἐκ βασιλέως ἥκειν. ἀπολέξας οὖν Βανδίλων χιλιάδας πέντε καὶ ναῦς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τὰς ἄριστα πλεούσας στρατηγόν τε ἀποδείξας Τζάζωνα τὸν ἀδελφὸν ἔστελλε. καὶ H 107 οἱ μὲν ἐπὶ Γώδαν τε καὶ Σαρδὼ θυμῷ τε πολλῷ καὶ σπουδῇ χρώ- B μενοι ἔπλεον, βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς Βαλεριανόν τε καὶ Μαρτῖνον προτέρους ἔστελλεν, ἐφ᾽ ᾧ προσδέξονται τὴν ἄλλην στρατιὰν ἐς τὰ ἐν Πελοποννήσῳ χωρία. καὶ ἐπειδὴ ἐν ταῖς ναυσὶν ἄμφω ἐγενέσθην, ἐνθύμιον βασιλεῖ ἐγένετο ἐντέλλεσθαί τι αὐτοῖν· ὃ καὶ πρότερον ἐθέλοντα λέγειν ἀσχολία τις λόγων ἑτέρων τὴν διάνοιαν περιλαβοῦσα ἐξέκρουσε. μεταπεμψάμενος οὖν αὐτοῖς λέγειν ἔμελλεν ἃ ἠβούλετο, ἀλλὰ ξυμβαλὼν εὕρισκεν ὡς οὐκ ἂν

1. δοκοίη HmLm. δοκεῖν P. 8. τέ οἱ Grotius. Vulgo τε ὡς. 10. πρὶν ἢ] Vulgo πρινή. 16. προσδέξονται L. προσδέξωνται P. 17. Πελοποννήσῳ] Vulgo Πελοπονήσῳ. 20. περιλαβοῦσα] προλαβοῦσα HmLm. *ibid.* αὐτοῖς] αὐτῷ HL. 21. ἠβούλετο] ἐβούλετο L.

fecit Augustus omnia administrandi, prout maxime in rem esse censeret; ea rata perinde haberi volens, ac si essent per se transacta: ei namque auctoritatis Caesareae pondus illae literae tribuebant. Originem autem ducebat Belisarius ex Germania, quae inter Thraces et Illyrios sita est. Haec ita se habebant.

Interea Gelimer, cum ipsius ditioni Pudentius Tripolin, Godas Sardiniam subduxissent, Tripolin quidem vix se recepturum sperabat, quippe quae distaret longius, ac iam Romani rebellibus subsidio venissent. Quamobrem optime se facturum putavit, si differret exercitum eo ducere, et festinaret insulam prius invadere, quam adessent Imperatoris auxilia. Igitur delectis Vandalorum v. m. navibusque celerrimis cxx. Tzazonem fratrem suum praefecit, et in Sardiniam misit. Atque illi quidem Godam insulamque magna contentione petebant, ira vehementer impulsi. Iustinianus vero Aug. Valerianum ac Martinum praemisit, reliquas copias in Peloponeso opperiri iussos. Iamque ambo navem conscenderant, cum Augusto in mentem venit ipsis aliquid mandare, quod antea dicere volenti, sermonibus aliis occupata mente, exciderat. Missis igitur, qui illos accirent, quae habebat in animo parabat edere: sed re per coniecturam ex-

C αὐτοῖς αἴσιον εἴη τὴν πορείαν ἐκκόψαι. ἔπεμψεν οὖν τινας ἀπεροῦντας αὐτοῖν μήτε ἀναστρέφειν ἐς αὐτὸν αὖθις μήτε ἐκ τῶν νεῶν ἀποβαίνειν. οἱ δὲ, ἐπεὶ τῶν νεῶν ἀγχοῦ ἐγένοντο, ἐκέλευον ξὺν βοῇ τε καὶ θορύβῳ πολλῷ μηδαμῶς ἀναστρέφειν, ἔδοξέ τε τοῖς παροῦσιν οἰωνός τε εἶναι οὐκ ἀγαθὸς τὸ γινόμενον καὶ οὔποτε τῶν ἐν ταῖς ναυσὶν ἐκείναις τινὰ ἐκ Λιβύης ἐς Βυζάντιον ἐπανήξειν. πρὸς γὰρ δὴ τῷ οἰωνῷ καὶ ἀρὰν ἐς αὐτοὺς ἥκειν ἐκ βασιλέως οὔτι ἑκόντος, ὥστε μὴ ἀναστρέφειν ὑπώπτευον. καὶ εἰ
D μέν τις αὐτὰ ἐς τὼ ἄρχοντε τούτω, Βαλεριανόν τε καὶ Μαρτῖνον, ξυμβάλλοιτο, οὐκ ἀληθῆ εὑρήσει τὰ ἐξ ἀρχῆς δόξαντα. ἦν δέ τις ἐν τοῖς Μαρτίνου δορυφόροις Στότζας, ὃς δὴ καὶ βασιλεῖ πολέμιος ἔμελλεν ἔσεσθαι καὶ τυραννίδι ἐπιθέσθαι καὶ ἐς Βυζάντιον ἥκιστα ἀναστρέφειν, ἐφ᾽ ὃν δὴ τὴν ἀρὰν ἐκείνην ὑποπτεύσειεν ἄν τις ξυνενεγκεῖν τὸ δαιμόνιον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἴτε ταύτῃ εἴτε πη ἄλλῃ ἔχει, ἀφίημι ἑκάστῳ ὅπῃ ἄν τις βούληται ἐκλογίζεσθαι. ὅπως δὲ ὅ τε στρατηγὸς Βελισάριος καὶ τὸ στράτευμα ἐστάλη, ἐρῶν ἔρχομαι.

P 207
V 365 ιβ΄. Ἕβδομον ἤδη ἔτος τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχων Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἀμφὶ θερινὰς τροπὰς τὴν στρατηγίδα ἐκέλευσε ναῦν ὁρμίσασθαι ἐς τὴν ἀκτὴν, ἣ πρὸ τῆς βασιλέως αὐλῆς τυγχάνει οὖσα. ἐνταῦθα Ἐπιφάνιος ἀφικόμενος, ὁ τῆς πόλεως ἀρχιερεὺς, εὐξάμενός τε ὅσα εἰκὸς ἦν τῶν τινα στρατιωτῶν ἄρτι βεβαπτισμένον τε καὶ τοῦ Χριστιανῶν ὀνόματος μεταλαχόντα ἐς

4. ξὺν βοῇ] ξυμβοῇ HL: illud Hm. 23. ἐς L. εἰς P.

pensa, iudicavit mali id fore ominis, si profectionem interrumperet. Quare alios subinde misit, qui redire et navibus efferre pedem vetarent. Illi ad naves progressi, clamando tumultuandoque edixere ne reverterentur. Quae verba astantibus visa sunt male ominata, eoque valitura, ut vectorum aliquis nunquam esset Byzantium ex Africa reversurus. Etenim ab Augusto, quamvis nolente, ominosam esse missam execrationem, qua illis reditus rumperetur, putarunt. Haec si quis ad eos duces, Valerianum inquam et Martinum, spectasse existimet, falsam esse deprehendet sententiam, quae prius arridebat. At inter Martini satellites quidam erat Stotzas, Augusti futurus aliquando hostis, ac tyrannus, nec Byzantium unquam rediturus; in cuius caput execrationem illam a daemone conversam fuisse iure quis suspicetur. Verum haec itane an secus habeant, per me licet pro suo quisque sensu exquirat: ego vero ad Belisarii exercitusque profectionem narrandam accedo.

12. Iustinianus Aug. anno imperii septimo, circiter solstitium aestivum, navem Praetoriam ad littus, quod Imperatoris aulae praeiacet, applicari iussit. Huc Epiphanius urbis Archiepiscopus sese contulit, ac rite Deum precatus, militem quendam a baptismo recentem, et modo con-

τὴν ναῦν εἰσεβίβασεν. οὕτω τοίνυν ὅ τε στρατηγὸς Βελισάριος καὶ Ἀντωνίνα ἡ γυνὴ ἔπλεον. ξυνῆν δὲ αὐτοῖς καὶ Προκόπιος, ὃς τάδε ξυνέγραψε, πρότερον μὲν καὶ μάλα κατορρωδήσας τὸν B κίνδυνον, ὄψιν δὲ ὀνείρου ἰδὼν ὕστερον, ἣ αὐτὸν θαρσῆσαί τε ἐποίησε καὶ ἐς τὸ στρατεύεσθαι ὥρμησεν. ἐδόκει γὰρ ἐν τῷ ὀνείρῳ εἶναι μὲν ἐν τῇ Βελισαρίου οἰκίᾳ, εἰσελθόντα δὲ ἀγγεῖλαι τῶν οἰκετῶν ἕνα ὡς ἥκοιέν τινες δῶρα φέροντες· καὶ Βελισάριον διασκοπεῖσθαι κελεύειν αὐτὸν ὁποῖά ποτε εἴη τὰ δῶρα, καὶ αὐτὸν ἐν τῇ μεταύλῳ γενόμενον ἄνδρας ἰδεῖν, οἳ ἔφερον ἐπὶ τῶν ὤμων γῆν αὐτοῖς ἄνθεσι. τούτους δὲ ἐς τὴν οἰκίαν εἰσαγαγόντα κελεῦσαι καταθεῖναι ἐν τῷ προστώῳ ἣν ἔφερον γῆν· οὗ δὴ Βελισάριον ἅμα τοῖς δορυφόροις ἥκοντα, αὐτόν τε κατακλίνεσθαι ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ C καὶ τὰ ἄνθη ἐσθίειν, τοῖς τε ἄλλοις αὐτὸ δὴ τοῦτο ποιεῖν ἐγκελεύεσθαι, κατακλινομένοις τε σφίσι καὶ ἐσθίουσιν ὥσπερ ἐπὶ στιβάδος ἡδεῖαν κομιδῇ τὴν βρῶσιν φανῆναι. τὰ μὲν δὴ τῆς ὄψεως τοῦ ὀνείρου ταύτῃ πῃ ἔσχεν.

Ὁ δὲ ξύμπας στόλος τῇ στρατηγίδι νηὶ εἵπετο, καὶ προσέσχε Περίνθῳ, ἣ νῦν Ἡράκλεια ἐπικαλεῖται, ἔνθα δὴ πέντε ἡμερῶν χρόνος τῇ στρατιᾷ ἐτρίβη, ἐπεὶ βασιλεὺς ἵπποις ὅτι μάλιστα πλείστοις τὸν στρατηγὸν ἐνταῦθα ἐδωρεῖτο ἐκ τῶν βασιλικῶν ἱπποφορβίων, ἃ οἱ νέμονται ἐς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης χωρία. ὅθεν δὴ D ἀπάραντες Ἀβύδῳ προσωρμίσαντο, καὶ σφίσι ξυνέπεσε τῇδε διὰ

3. ξυνέγραψε L. ξυνέγραψεν P. 17. προσέσχε] προσέσχεν P. προσέχειν L.

sortem factum nominis Christiani, in navem immisit. Tum demum vela fecit Belisarius cum Antonina uxore sua, atque historiae scriptore huius Procopio, qui sane belli istius pericula principio reformidabat; sed oblatum illi postea somnium fiduciam addidit, eumque perpulit ad sequendam expeditionem. Nam in somnis sibi esse videbatur in domo Belisarii, cum ecce ingressus famulus, quosdam cum muneribus adesse renuntiat: tum sibi visus a Belisario mandatum accipere quaenam illa essent inspiciendi: ubi ianuam, qua ad interiorem aulam a prima est aditus, attigit, vidisse homines terram floribus vestitam humeris deferentes, iisque domum introductis praecepisse, ut in porticus vestibulo terram, quam portabant, deponerent: Belisarius deinde cum stipatoribus egredi visus est, atque in ea terra recumbere, et flores manducare: mox alios quoque, idem ut facerent, hortari; illi vero quasi super toro discumbentes atque edentes, dulcissimi saporis laudem cibo tribuere. Huiusmodi fuit somnii species.

Caeterum navem Praetoriam sequebatur classis universa, qua ad urbem Perinthum (Heracleam hodie vocant) appulsa, dies ibi quinque exercitus idcirco substitit, quia Magistro militum Augustus equos quamplurimos dono dedit, ex Imperatoriis delectos equitiis, quae pascuntur in Thracia. Cum inde solvissent, Abydo classem applicuerunt: ubi dies quatuor

τὴν νηνεμίαν ἡμέρας διατρίβουσι τέσσαρας πρᾶγμα τοιόνδε ξυνε-
νεχθῆναι. Μασσαγέται δύο τῶν τινα ἑταίρων ἐν τῇ ἀκρατοπο-
σίᾳ ἐρεσχελοῦντα σφᾶς, ἅτε οἰνωμένω, ἀνειλέτην. πάντων γὰρ
ἀνθρώπων μάλιστά εἰσιν ἀκρατοπόται οἱ Μασσαγέται. Βελισά-
ριος οὖν αὐτίκα τὼ ἄνδρε τούτω ἐν τῷ κολωνῷ, ὃς ἄγχι Ἀβύδου
P 208 ἐστὶν, ἀνεσκολόπισε. καὶ ἐπειδὴ οἵ τε ἄλλοι καὶ οἱ τοῖν ἀνδροῖν
ξυγγενεῖς ἐδυσχέραινόν τε καὶ ἔφασκον οὐκ ἐπὶ τιμωρίᾳ οὐδ' ἐπὶ
τῷ ὑπεύθυνοι εἶναι Ῥωμαίων νόμοις ἐς ξυμμαχίαν ἥκειν (τὰ γὰρ
δὴ σφῶν νόμιμα οὐ τοιάσδε τῶν φόνων ποιεῖσθαι τὰς τίσεις),
ξυνεθρύλουν δὲ αὐτοῖς τὴν ἐς τὸν στρατηγὸν αἰτίαν καὶ στρατιῶ-
H 108 ται Ῥωμαῖοι, οἷς δὴ ἐπιμελὲς ἐγεγόνει τῶν ἁμαρτανομένων μὴ
εἶναι δίκας, τούς τε Μασσαγέτας καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα ξυγκα-
λέσας Βελισάριος ἔλεξε τοιάδε „Εἰ μὲν πρὸς ἄνδρας νῦν πρῶτον
ἐς πόλεμον καθισταμένους οἱ λόγοι ἐγίνοντο, μακροῦ ἂν μοι ἐδέη-
σε χρόνου λέξαντα πεῖσαι ὑμᾶς ἡλίκον ἐστὶν ἐφόδιον ἐς τροπαίου
B κτῆσιν τὸ δίκαιον. οἱ γὰρ οὐκ ἐξεπιστάμενοι τὰς τῶν τοιούτων
ἀγώνων τύχας ἐν ταῖς χερσὶ μόναις οἴονται εἶναι τὸ τοῦ πολέμου
πέρας. ὑμεῖς δὲ, οἳ πολλάκις μὲν νενικήκατε πολεμίους οὔτε τοῖς
σώμασιν ἐλασσουμένους καὶ πρὸς ἀνδρείαν ἱκανῶς πεφυκότας,
πολλάκις δὲ τῶν ἐναντίων ἐν πείρᾳ γεγένησθε, οὐκ ἀγνοεῖτε, οἶ-
μαι, ὡς μάχονται μὲν ἐξ ἑκατέρας ἀεὶ στρατιᾶς ἄνθρωποι, βρα-
βεύει δὲ ὁ θεὸς ὅπως ποτὲ αὐτῷ δοκεῖ καὶ τὸ τοῦ πολέμου δίδωσι

3. ἐρεσχελοῦντα] ἐρεσχηλοῦντα L. 10. ξυνεθρύλουν] Vulgo ξυνεθρύλλουν. 18. οὔτε] οὐδὲ P.

moram facere malacia coactis, id contigit. Massagetae duo inter potandum cavillis a quodam sodali suo proritati, ipsum peremerunt iam ebrii; ut sunt merobibi supra mortales universos Massagetae. Extemplo Belisarius in colle, qui Abydo imminet, percussorem utrumque arbori infelici suspendit. Factum caeteri, in primis eorum cognati, iniquissime ferentes, iactabant, se non ea conditione ad societatem Romanorum accessisse, ut poenas luerent, quasi legibus eorum obnoxii: cum a patriis institutis abhorrerent caedium animadversiones eiusmodi. Et quoniam Romani milites, quibus cordi erat delictorum impunitas, una cum illis de Belisario querebantur, is, ubi Massagetas omnemque exercitum convocasset, sic verba fecit. *Si nunc tirones alloquerer, prolixa opus esset oratione, ut vobis, quantum Iustitia ad victoriam momentum afferat, demonstrarem. Nam qui casuum laboribus bellicis intercurrentium ignari sunt, in suis tantum manibus exitum belli positum putant. At vos, qui et saepe vicistis hostes, nec numero vobis nec robore inferiores, nec mediocri animi fortitudine praeditos, et iidem saepe contraria estis experti, id, opinor, non ignoratis, solere quidem homines ex utraque acie praelium edere, sed eius arbitrum esse Deum, et ad libitum victoriam dare. Quae cum ita se*

κράτος. ὅτε τοίνυν ταῦτα οὕτως ἔχει, τήν τε τοῦ σώματος εὐεξίαν καὶ τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπιμέλειαν καὶ τὴν ἄλλην τοῦ πολέμου παρασκευὴν περὶ ἐλάσσονος προσήκει τοῦ τε δικαίου καὶ τῶν εἰς V 366 θεὸν ἡκόντων ποιεῖσθαι. τὸ γὰρ μάλιστα ξυνενεγκεῖν τοῖς δεομένοις δυνάμενον μᾶλλον ἂν εἰκότως πρὸς ἐκείνων τιμῷτο. πρῶ- C τον δ' ἂν τοῦ δικαίου γένοιτο γνώρισμα ἡ τῶν ἀδίκως ἀνῃρηκότων ποινή. εἰ τὸ δίκαιον γὰρ καὶ τὸ ἄδικον κρίνειν τε καὶ ὀνομάζειν ἐκ τῶν ἐς τοὺς πέλας ἀεὶ πρασσομένων ἐπάναγκες, οὐδὲν ἂν γένοιτο μᾶλλον ἀνθρώπῳ τῆς ψυχῆς ἔντιμον. εἰ δέ τις βάρβαρος, ὅτι τὸν ξυγγενῆ μεθύων ἀνεῖλεν, ἀξιοῖ ξυγγνώμην ἔχειν τὴν δίκην, δι' ὧν ἀπολύεσθαι τὰς αἰτίας φησὶ χείρω εἰκότως εἶναι ποιεῖ τὰ ἐγκλήματα. οὔτε γὰρ οὕτω μεθύειν ἄξιον ἄλλως τε καὶ τὸν ἐν στρατοπέδῳ βαδίζοντα, ὥστε ἀναιρεῖν τοὺς φιλτάτους ἑτοίμως, ἀλλ' αὐτή γε ἡ μέθη, κἂν ὁ φόνος ἥκιστα ἐπιγένηται, ποινῆς ἀξία, τό τε ξυγγενὲς ἀδικούμενον περὶ πλείονος ἂν τῶν οὐ προσηκόντων ἐς τιμωρίαν τοῖς γε νοῦν ἔχουσι φαίνοιτο. τὸ μὲν οὖν D παράδειγμα καὶ ἡ τῶν πραττομένων ἀπόβασις ὁποία ποτέ ἐστιν ὁρᾶν πάρεστιν. ὑμᾶς δὲ προσήκει μήτε χειρῶν ἄρχειν ἀδίκων μήτε τι φέρεσθαι τῶν ἀλλοτρίων· ὡς οὐ περιόψομαί γε οὐδὲ ὑμῶν τινα συστρατιώτην ἐμὸν ἡγήσομαι εἶναι, κἂν πάνυ φοβερὸς τοῖς πολεμίοις εἶναι δοκῇ ὃς ἂν μὴ καθαραῖς ταῖς χερσὶν ἐς τοὺς ἀντιπάλους δύνηται χρῆσθαι. τὸ γὰρ ἀνδρεῖον οὐκ ἂν νικῴη μὴ με-

1. ὅτε] ὅτι P. 7. εἰ τὸ δίκαιον γὰρ AHL. εἰ omisit P.
11. φησὶ] φήσει AL.

habeant, corporis firmitas, armorum sedula exercitatio, omnisque belli apparatus, aequitati et rebus, quae ad Deum spectant, longo postponenda sunt intervallo. Quod enim opis egentibus opitulari maxime potest, id illi impensius colere debent. Prima autem iustitiae nota est homicidarum iniustorum supplicium: siquidem aequi et iniqui cum notitiam tum nomen ex iis capiamus necesse est, quae vicinis fiunt. Porro nihil habet homo pretiosius vita. Quod si Barbarus aliquis, ideo quia propinquum occidit ebrius, dicam, quae ipsi impingitur, venalem esse contendit, eo ipso, quo dilui crimen asseverat, causam suam peiorem facit, et quidem merito. Neque enim cuiquam fas est, maxime vero si castra sequitur, ita inebriari, ut vel amicissimos iugulare non dubitet. Immo etiam ipsa per se temulentia, quamvis caedes absit, poenam meretur. Denique nemo est sanae mentis, quin iudicet, gravius plectendum esse qui necessarios, quam qui extraneos iniuria afficit. Iam vero quale exemplum statutum sit, et quem habuerit scelus exitum, videre licet. Certe vobis expedit non modo non movere rixam, sed alieno etiam abstinere. Nihil negligam hac in parte, nec quemquam vestrum, quantumvis hosti formidabilis videatur, commilitonem agnoscam meum, nisi puras manus in hostem ferat. Neque enim fieri potest

τὰ τοῦ δικαίου ταττόμενον." Βελισάριος μὲν τοσαῦτα εἶπεν. ἡ δὲ στρατιὰ ξύμπασα, ἐπειδὴ τά τε λεγόμενα ἤκουσαν καὶ ἐς τὼ P 209 ἀνεσκολοπισμένω ἀπέβλεψαν, ἐς δέος τι ἀμήχανον ἦλθον καὶ σωφρόνως βιοτεύειν ἐν νῷ ἔλαβον, ὡς οὐκ ἔξω κινδύνου μεγάλου ἐσόμενοι, ἤν τι οὐκ ἔννομον ποιοῦντες ἁλοῖεν.

B ιγ'. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐφρόντιζε Βελισάριος ὅπως τε ὁ ξύμπας στόλος ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ πλέοι καὶ ἐς χωρίον ταὐτὸ προσορμίζοιτο. ᾔδει γὰρ ὡς ἐν μεγάλῳ στόλῳ, ἄλλως τε καὶ ἢν τραχεῖς σφίσιν ἄνεμοι ἐπιπέσοιεν, ἐπάναγκες ἀπολείπεσθαί τε τῶν νεῶν πολλὰς καὶ σκεδάννυσθαι ἐς τὸ πέλαγος, οὐκ εἰδέναι τε αὐτῶν τοὺς κυβερνήτας ὁποίαις ποτὲ τῶν ἔμπροσθεν ἀναγομένων ἕπεσθαι ἄμεινον. λογισάμενος οὖν ἐποίει τάδε. τριῶν νεῶν, ἐν αἷς αὐτός τε καὶ ἡ θεραπεία ἔπλει, τὰ ἱστία ἐκ γωνίας τῆς ἄνω ἐς τριτημόριον μάλιστα ἔχρισε μίλτῳ, κοντούς τε ὀρθοὺς ἀναστήσας ἐν πρύμνῃ ἑκάστῃ ἀπεκρέμασεν ἀπ' αὐτῶν λύχνα, C ὅπως ἔν τε ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ αἱ τοῦ στρατηγοῦ νῆες ἔκδηλοι εἶεν· αἷς δὴ ἕπεσθαι τοὺς κυβερνήτας ἐκέλευε πάντας. οὕτω τῶν νεῶν τῶν τριῶν ἡγουμένων παντὶ τῷ στόλῳ τετύχηκεν αὐτῶν οὐδεμίαν ἀπολελεῖφθαι. ὅτε μέντοι ἐκ λιμένος ἀπαίρειν μέλλοιεν, ἐσήμαινον αὐτοῖς τοῦτο αἱ σάλπιγγες.

Ἐκ δὲ Ἀβύδου ἀναχθεῖσιν αὐτοῖς ἄνεμοι σκληροὶ ἐπιπεσόντες ἤγαγον εἰς τὸ Σίγειον. αὖθίς τε νηνεμίᾳ χρησάμενοι σχολαί-

7. ταὐτὰ] Vulgo ταῦτα. 8. ᾔδει] ἤδη HL: ἴσ. ᾔδει Hm.

ut vincat fortitudo, quae in eadem non stat acie cum iustitia. Haec Belisarius: quae cum omnes audissent, simulque eos, qui e furca pendebant, essent contuiti, in maximum adducti metum, moderate se gerere statuerunt: quippe qui in extremo discrimine fore se intelligerent, si quo in scelere deprehenderentur.

13. Deinde animum eo Belisarius adiecit, ut classis coniunctim navigaret, atque in unum semper locum appelleretur. Sciebat enim fieri non posse in magno navium numero, praesertim si venti violenti ingruerent, quin cursu excuterentur multae, et per aequor ita disiicerentur, ut nescirent gubernatores quasnam earum, quae praecederent, sequi praestaret. Igitur secum inita ratione, hoc egit. Trium vela navium, quibus ipse cum suo ministerio vehebatur, ab angulo superiori ad tertiam fere partem rubrica illevit: praeterea contis in unaquaque puppe erectis lychnos suspendit, quo naves supremi ducis diu noctuque internosci possent; tum cunctis gubernatoribus, eas ut sequerentur, edixit. Sic demum classi praeeuntibus ternis navibus, caeterarum nulla deerravit. Cum autem portu solvendum erat, signum buccinis dabatur.

Abydo profectos ad Sigeum propulit vehementior ventus: quo postea concidente, lentius Maleam ventum est, ubi malacia plurimum profuit.

τεροι ἐς Μαλέαν ἦλθον, ἔνθα δὴ αὐτοῖς ἡ νηνεμία ξυνήνεγκεν ἐς τὰ μάλιστα. ἅτε γὰρ ἐν στόλῳ μεγάλῳ καὶ ναυσὶν ὑπερμεγέθεσι, νυκτὸς ἐπιγενομένης, ἡ στενοχωρία ξυνετάραξέ τε ἅπαντα καὶ ἐς ἔσχατον κινδύνου ἤνεγκεν. ἐνταῦθα οἵ τε κυβερνῆται καὶ D οἱ ἄλλοι ναῦται ἀρετὴν ἐπεδείξαντο, βοῇ τε καὶ πατάγῳ πολλῷ χρώμενοι καὶ τοῖς κοντοῖς διωθούμενοι, ἐμπείρως τε ἀπ' ἀλλήλων τὰς διαστάσεις ποιούμενοι, ὥστε εἰ καὶ πνεῦμα ἐπίφορον ἦν καὶ ἀπ' ἐναντίας αὐτοῖς ἐπεγένετο, μόλις ἂν οἱ ναῦταί μοι δοκεῖ σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὰς ναῦς διεσώσαντο. νῦν δὲ οὕτως ὥσπερ εἴρηται διαφυγόντες Ταινάρῳ προσέμιξαν, ἣ νῦν Καινούπολις H 109 ἐπικαλεῖται. εἶτα ἐνθένδε ὁρμηθέντες Μεθώνῃ προσέσχον, εὗρόν τε ὀλίγῳ πρότερον τοὺς ἀμφὶ Βαλεριανόν τε καὶ Μαρτῖνον V 367 αὐτόσε ἀφικομένους. καὶ ἐπεὶ ἄνεμοι οὐκ ἔπνεον σφίσι, τὰς μὲν ναῦς Βελισάριος ἐνταῦθα ὥρμισε, τὸ δὲ στράτευμα ἀπεβίβασεν ἅπαν, καὶ ἀποβάντας τούς τε ἄρχοντας διεκόσμει καὶ τοὺς στρατιώτας διέτασσε. ταῦτά τε αὐτοῦ διέποντος καὶ ἀνέμων ἥκιστα P 210 ἐπιγενομένων, ἐπῆλθε πολλοῖς τῶν στρατιωτῶν νόσῳ διαφθαρῆναι ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε.

Ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος Ἰωάννης φλαῦρός τε ἦν τὸν τρόπον καὶ οὕτω δυνατὸς εἰς τὸ προσάγειν εἰς τὸ δημόσιον ἐπινοῆσαι χρήματα ἐπὶ λύμῃ ἀνθρώπων, ὡς οὐκ ἄν ποτε ἔγωγε φράσαι ἱκανῶς ἔχοιμι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν κἀν τοῖς ἔμπροσθε λόγοις ἐρρήθη, ἡνίκα

1. Μαλέαν] μελέαν L. 8. ἀπ' ἐναντίας] Vulgo ἐπεναντίας. 14. ἀπεβίβασεν HmP. ἐπεβίβασεν H. 17. ἐπιγενομένων] ἐπιγινομένων L. 20. „προσάγειν Reg.“ Malt. Sic LHm. προσαγαγεῖν P. 22. κἀν] Vulgo καί. ibid. ἔμπροσθεν — ἐρρήθη L. ἔμπροσθε — ἐῤῥέθη P.

Etenim superveniente nocte, pugnans cum ingenti classe et magnae molis navibus, angustia loci turbavit omnia, et in summum discrimen adduxit. Hic vim atque industriam probarunt suam gubernatores et nautae, cum clamore multo ac strepitu impellentes contis navigia, ac scite invicem separantes. Vix certe, mea quidem sententia, se ipsi navesque servassent, si ventus vel secundus, vel adversus fuisset. Nunc autem ita, ut diximus, elapsi, Taenarum (hodie Caenopolin vocant) applicuerunt: inde digressi, tenuerunt Methonem, ubi in Valerianum ac Martinum, qui illuc paulo ante pervenerant, inciderunt. Eo classem Belisarius appulit, quia ventus illam plane defecerat: quamobrem etiam copias in terram omnes exposuit, factaque exscensione, duces ac milites ordinavit. Tenente malacia, bellum pergebat instruere, cum invasit milites, nec paucos absumpsit morbus, cuius causam modo aperiam.

Ioannes Praefectus Praet. vir erat improbis moribus, ac tam solerter vias inveniebat pecuniae in aerarium inferendae, cum pernicie subditorum, ut non possim id verbis consequi: sed de his actum in superioribus libris, cum eo me historia deduxit: iam quo pacto militibus illis exi-

πρὸς τῆς ἱστορίας ἐς τόδε ἡγόμην τοῦ λόγου. τὰ δὲ νῦν ὅτῳ ποτὲ τρόπῳ τούτους δὴ τοὺς στρατιώτας ἐλυμήνατο ἐρῶν ἔρχομαι. τὸν ἄρτον, ᾧ δὴ μέλλουσιν ἐν στρατοπέδῳ οἱ στρατιῶται σιτίζεσθαι, δὶς μὲν ἐπάναγκες ἐς τὸν πνιγέα εἰσάγεσθαι, ἐπιμε- B λῶς δὲ οὕτως ὀπτᾶσθαι ὥστε ἐξικνεῖσθαί τε ἐπὶ πλεῖστον καὶ μὴ χρόνῳ βραχεῖ διαφθείρεσθαι, τόν τε οὕτως ὀπτώμενον ἄρτον ἀνάγκη ἐλάσσω τὸν σταθμὸν ἔχειν, καὶ διὰ τοῦτο ἐν ταῖς τοιαῖσδε ἀρτοδαισίαις εἰώθασιν οἱ στρατιῶται τοῦ συνειθισμένου σταθμοῦ τὸ τεταρτημόριον ἀποτέμνεσθαι. Ἰωάννης οὖν λογισάμενος ὅπως ἐλάσσω τε τὰ ξύλα καὶ τὸν μισθὸν τοῖς ἀρτοποιοῖς ἥσσονα δοίη, καὶ ὅπως οἱ οὐκ ἐνδεὴς ὁ σταθμὸς εἴη, ὠμὸν ἔτι τὸν ἄρτον ἐς τὸ δημόσιον βαλανεῖον ἐσκομίσας τὸν Ἀχιλλέα, οὗ δὴ ἔνερθεν τὸ πῦρ καίεται, καταθέσθαι ἐκέλευσε. καὶ ἐπειδὴ ἀμωσγέπως ὀπτᾶσθαι ἐδόκει, ἐμβαλὼν θυλακίοις ἐνθέμενός τε ἐν ταῖς ναυσὶν C ἔστελλε. καὶ ἐπεὶ ὁ στόλος ἐς Μεθώνην ἀφίκετο, διαρρυέντες οἱ ἄρτοι ἐπανῆκον αὖθις ἐς ἄλευρα, οὐχ ὑγιᾶ μέντοι, σεσηπότα δὲ καὶ εὐρωτιῶντα καί τινα ὀσμὴν ἤδη βαρεῖαν φέροντα. ἐχορήγουν τε αὐτὰ τοῖς στρατιώταις πρὸς μέτρον οἷς προέκειτο ἡ τιμὴ αὕτη, χοίνιξί τε ἤδη καὶ μεδίμνοις τὴν ἀρτοδαισίαν ποιούμενοι. τούτοις δὲ οἱ στρατιῶται ὥρᾳ θέρους ἐν χωρίῳ αὐχμοὺς ἔχοντι σιτιζόμενοι ἐνόσησάν τε καὶ αὐτῶν ἀπέθανον ἐν ὀλίγῳ τῷ χρόνῳ

1. πρὸς] πρὸ HL. 2. ἐλυμήνατο om. HL, H cum signo lacunae. 7. ἔχειν] ἥκειν HLm: in A utrumque. 8. συνειθισμένου] συνηθισμένου L. 11. ὠμὸν om. L. 12. ἀχιλλέα A. Ἀχιλέα P. τὸ ἀγχῆλε Pm. τὸ ἀγκύλιον Maltretus in annot. Indocte utrumque. 18. αὐτὰ] αὐτὸ H: illud Hm. 21. καὶ αὐτῶν — πεντακόσιοι] καὶ αὐτῶν ἀπέθανον οὐχ ἧσσον ἢ φοι ἐν ὀλίγῳ τῷ χρόνῳ ἀπέθανον πεντακόσιοι HL, nisi quod φοι et alterum ἀπέθανον in H uncis inclusa sunt. Duplex lectio, ἀπέθανον οὐχ ἧσσον ἢ $φ^{οι}$ et ἀπέθανον πεντακόσιοι.

tium miserit, dicam. Panem, quo miles in castris alendus est, in clibanum bis immitti oportet, itaque percoqui, ut aetatem ferre, nec brevi tempore corrumpi possit. Hoc modo coctum panem leviorem esse necesse est: quamobrem milites in eo dividundo quartam consueti ponderis partem remittere solent. Ergo Ioannes ratione subducta, qua et pauciora ligna, et minorem mercedem pistoribus daret, nec iusto ponderi deesset quidquam, in balneum publicum importari massam, clypeumque aeneum, subter quo ignis ardet, demitti iussit: atque ubi cocta quoquomodo visa est, coniectam in saccos, et in naves impositam misit. Appulsa Methonem classe, diffluentes ac soluti panes in farinam abierunt, non puram, sed putrem et muco graveolenti obsitam: quam militibus demetiebantur qui hoc munus habebant; ita ut panem choenicibus ac medimnis iam distribuerent. Quo milites cum vescerentur, adulta aestate atque ae-

οὐχ ἧσσον ἢ πεντακόσιοι· ὃ δὴ καὶ τοῖς πλείοσι ξυμπεσεῖν ἔμελλεν, εἰ μὴ Βελισάριος διεκώλυσεν, ἄρτους αὐτοῖς ἐπιχωρίους χορηγεῖσθαι κελεύσας. βασιλεῖ δὲ τὸ πρᾶγμα δηλώσας αὐτὸς μὲν ηὐδοκίμησεν, οὐ μήν τινα τότε Ἰωάννῃ ζημίαν ἤνεγκε.

Ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἐγένετο. ἐκ δὲ Μεθώνης ὁρμηθέν- D *τες ἀφίκοντο ἐς τὸν Ζακυνθίων λιμένα, ἔνθα δὴ ὕδωρ τε ἐμβεβλημένοι ὅσον σφίσιν ἐξικνεῖσθαι ἔμελλε τὸ Ἀδριατικὸν πέλαγος διαπλέουσι καὶ τὰ ἄλλα παρασκευασάμενοι ἔπλεον. ἀνέμου δὲ σφίσι μαλακοῦ τε καὶ νωθροῦ κομιδῆ ἐπιπνεύσαντος ἑκκαιδεκαταῖοι κατέπλευσαν τῆς Σικελίας ἐς χῶρον ἔρημον, οὗ τὸ ὄρος ἐγγὺς ἡ Αἴτνη ἀνέχει. ἐν δὲ τῷ διάπλῳ τούτῳ διατρίψασιν αὐτοῖς, ὥσπερ εἴρηται, ξυνέπεσεν ἅπασι διαφθαρῆναι τὰ ὕδατα, πλήν γε δὴ οὗ Βελισάριός τε αὐτὸς καὶ οἱ ξυμπόται ἔπινον. τοῦτο γὰρ διεσώσατο μόνον ἡ Βελισαρίου γυνὴ τρόπῳ τοιῷδε. ἀμφορέας ἐξ ὑάλου πεποιημένους ὕδατος ἐμπλησαμένη οἰκίσκον τε ἐκ σανίδων ποιήσασα ἐν κοίλῃ νηὶ, ἔνθα δὴ τῷ ἡλίῳ ἐσιέναι ἀδύνατα ἦν, ἐνταῦθα ἐς ψάμμον τοὺς ἀμφορέας κατέχωσε, ταύτῃ* P 211 *τε ἀπαθὲς τὸ ὕδωρ διέμεινε. τοῦτο μὲν οὖν οὕτως ἔσχε.*

ιδ'. Βελισάριος δὲ, ἐπειδὴ τάχιστα ἐς τὴν νῆσον ἀπέβη, V 368 *ἀπορούμενός τε ἤσχαλλε καὶ ἔστρεφεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν τὸ μὴ εἰδέναι ἐπὶ τίνας ποτὲ ἀνθρώπων τοὺς Βανδίλους ἴοι, ἢ ὁποίους*

1. *οὐχ ἧσσον ἢ*] *ἀπέθανον* A: illud Am. 2. *εἰ μὴ*] *ἀλλὰ* A, alterum inter versus. 6. *Ζακυνθίων*] Vulgo *Ζακινθίων*. 20. *ἔστρεφεν* ALHm. *ἔστρεψεν* P. *ibid.* *τὸ*] *τῷ* L. 21. *ὁποίους*] ου *ὁποίας* L.

stuoso in loco, morbum contraxere, et paucis diebus ad quingentos mortui sunt: idemque casus multo plures manebat, nisi Belisarius avertisset, panes ibi confectos illis largitus. Re demum Augusto significata, laudem ipse quidem est consecutus, at nihil Ioanni tunc obfuit.

His peractis, Methone solverunt, et in Zacinthi portum delati, cum ibi aquati essent quantum satis futurum erat transmittentibus mare Adriaticum, omnibus instructi rebus vela fecerunt. Vento usi maxime languido ac remisso, die decimosexto ad desertum Siciliae locum, monti Aetnae proximum, applicuerunt. In ea transmissione pluribus, ut dictum est, diebus consumptis, accidit ut reposita cuique ad potum aqua corrumperetur, excepta, quam Belisarius, et qui illi convivebant, potabant: nam eam solam uxor Belisarii integram hac arte servavit. Cum amphoras vitreas implesset aqua, ac cellam in concavo navis recessu, quo sol pervadere non poterat, ex asseribus struxisset, ibi amphoras arenae infodit: quo facto aqua nihil vitii contraxit. Atque id quidem ita se habuit.

14. Vix Belisarius in insulam exscensum fecerat, cum moerere angique animo coepit, ignarus quodnam genus hominum, et quales in armis essent Vandali, quos petebat, qua etiam ratione et unde bellum inchoa-

ποτὲ τὰ πολέμια, μηδὲ ὅτῳ τρόπῳ ἢ ὁπόθεν ποτὲ σφίσιν ὁρμω-
B μένοις πολεμητέα εἴη. μάλιστα δὲ αὐτὸν οἱ στρατιῶται ξυνετά-
ρασσον, κατωρρωδηκότες τε τὴν ναυμαχίαν καὶ προλέγειν ἥκιστα
αἰσχυνόμενοι ὡς, ἢν μέν τις σφᾶς ἐς τὴν γῆν ἀποβήσειε, πειρά-
σονται ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐν τῇ μάχῃ γίγνεσθαι, ἢν δὲ πολέμια πλοῖα
ἐπ᾽ αὐτοὺς ἴοι, ἐς φυγὴν τραπήσονται. οὐ γάρ οἷοί τέ εἰσι πο-
λεμίοις τε ἀνδράσι καὶ ὕδασι διαμάχεσθαι. τούτοις οὖν ἅπασιν
ἀπορούμενος Προκόπιον τὸν αὐτοῦ πάρεδρον ἔστελλεν εἰς Συρα-
κούσας, πευσόμενόν τε ἤν τινες τοῖς πολεμίοις ἐνέδραι εἰσὶ προ-
λοχίζουσαι τὸν διάπλουν ἢ ἐν νήσῳ ἢ ἐν ἠπείρῳ, καὶ ὅπη μὲν τῆς
H 110 Λιβύης προσορμίσασθαι σφίσιν ὅμεινον ἂν εἴη, ὁπόθεν δὲ ὁρμω-
C μένοις τὸν πόλεμον πρὸς Βανδίλους διενεγκεῖν ξυνοίσει. ἐπὰν δὲ
τὰ ἐντεταλμένα ποιοίη, ἐπανήκοντά οἱ ἐκέλευεν ἐς Καύκανα τὸ
χωρίον ξυμμῖξαι, διακοσίοις μάλιστα σταδίοις Συρακουσῶν διέ-
χον, οὗ δὴ αὐτός τε καὶ ὁ ξύμπας στόλος ὁρμίσασθαι ἔμελλε. τῷ
δὲ λόγῳ τροφὰς αὐτὸν ἔπεμπεν ὠνησόμενον, ἅτε τῶν Γότθων
ἀγορὰν σφίσιν ἐθελόντων διδόναι, δόξαν τοῦτο Ἰουστινιανῷ βα-
σιλεῖ καὶ Ἀμαλασούνθῃ τῇ Ἀταλαρίχου μητρὶ, ὃς τότε παῖς τε
ὢν καὶ ὑπὸ τῇ μητρὶ Ἀμαλασούνθῃ τρεφόμενος εἶχε τὸ Γότθων
τε καὶ Ἰταλιωτῶν κράτος, ὥσπερ ἐν τῷ περὶ τῶν Γότθων μοι γέ-
D γραπται. ἐπειδὴ γὰρ Θευδέριχος ἐτεθνήκει καὶ ἐς τὸν θυγατρι-
δοῦν Ἀταλάριχον, ὀρφανὸν τοῦ πατρὸς ἤδη πρότερον γεγονότα,
ἡ βασιλεία ἧκε, δειμαίνουσα ἡ Ἀμαλασοῦνθα περί τε τῷ παιδὶ

8. αὑτοῦ] αὐτοῦ P. 11. δὲ] τε Hm. 14. ξυμμῖξαι] ξυμμίξαι P. ibid. „διακοσίοις] τριακοσίοις Cluver. Sicil. antiq. I, 14.“ Malt. 15. ὁρμίσασθαι L. ὁρμήσασθαι P. 17. σφίσιν] σφίσι L. ibid. τοῦτο] τούτῳ HL: τοῦτο Hm. 18. Ἀταλαρίχου] ἀταρίχου AL. 20. γέγραπται] γεγράψεται? Conf. p. 319, 5.

ret. Maxime vero eum milites conturbabant, certamen navale perhorrescentes, nec verentes profiteri, se quidem daturos operam, ut fortiter pugnarent, si in terram exponerentur: sin ipsos classis hostilis impeteret, daturos terga; quippe qui cum hostibus simul et fluctibus certare minime possent. Hinc pendens animi Belisarius, Procopium consiliarium suum destinat Syracusas, percontaturum, an hostes vel in insula, vel in continenti insidiis traiectum occupassent? ad quam Africae oram appellere, et unde Vandalos adoriri satius esset? Tum praecipit ut, mandatis defunctus, se conveniat Caucanis: ad quod oppidum, stadia fere cc. Syracusis dissitum, classem applicare universam parabat. Eum autem misit, per speciem emendi cibaria, volentibus Gotthis fori copiam facere, ex pacto inito inter Iustinianum Aug. et Amalasuntham matrem Atalarici, qui, ut in historia belli Gotthici scripsi, tunc puer, sub tutela matris, Gotthorum Italiaeque rex erat. Etenim mortuo Theodorico, cum ad eius nepotem Atalaricum, iam ante patre orbatum, regnum devolutum esset, Amalasun-

καὶ τῇ βασιλείᾳ φίλον Ἰουστινιανὸν ἐς τὰ μάλιστα ἑταιρισαμένη τά τε ἄλλα ἐπήκουεν αὐτῷ ἐπιτάττοντι καὶ τότε ἀγορὰν διδόναι τῷ στρατοπέδῳ ἐπηγγέλλετο καὶ ἐποίει ταῦτα.

Γενόμενος δὲ ἐν ταῖς Συρακούσαις Προκόπιος καὶ ἀνδρὸς παρὰ δόξαν ἐπιτυχὼν πολίτου μέν οἱ καὶ φίλου ὑπάρχοντος ἐκ παιδὸς, ἐπ᾿ ἐργασίᾳ δὲ τῇ κατὰ θάλασσαν ἀπὸ παλαιοῦ ἐν Συρακούσαις ᾠκημένου, ἐπύθετο ὅσον ἔχρῃζεν· οὗτος γὰρ ὁ ἀνὴρ οἰκέτην αὐτῷ ἐπέδειξε, τριταῖόν οἱ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκ Καρχηδό- P 212 νος ἥκοντα, ὃς δὴ ἔφασκεν ὥς οὐδέ τινα πρὸς Βανδίλων ἐνέδραν τῷ στόλῳ ἔσεσθαι ἄξιον εἶναι ὑφορᾶσθαι. πρὸς οὐδενὸς γὰρ ἐκείνους ἀνθρώπων πεπύσθαι στράτευμα ἐπ᾿ αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἰέναι, ἀλλὰ καὶ στρατεύσασθαι ὀλίγῳ ἔμπροσθεν ἐπὶ Γώδαν εἴ τι ἐν Βανδίλοις δραστήριον ἦν. καὶ διὰ ταῦτα Γελίμερα πολέμιον οὐδὲν ἐννοοῦντα, Καρχηδόνος τε καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὠλιγωρηκότα τῶν ἐπὶ θαλάσσῃ χωρίων, ἐν Ἑρμιόνῃ διατριβὴν ἔχειν, ἥ ἐστιν ἐν Βυζακίῳ ἡμερῶν τεττάρων ὁδῷ τῆς ᾐόνος διέχουσα· ὥστε πάρεστιν αὐτοῖς πλεῖν οὐδὲν δειμαίνουσι δύσκολον καὶ προσορμίζεσθαι ἔνθα ἂν αὐτοὺς τὸ πνεῦμα καλοίη. ταῦτα B Προκόπιος ἀκούσας τῆς τε χειρὸς τοῦ οἰκέτου λαβόμενος ἐπὶ τὸν λιμένα ἐβάδιζε τὴν Ἀρέθουσαν, ἔνθα δή οἱ τὸ πλοῖον ὡρμίζετο, πυνθανόμενός τε τοῦ ἀνθρώπου συχνὰ καὶ διερευνώμενος ἕκαστα. ἐσβὰς δὲ ξὺν αὐτῷ ἐς τὴν ναῦν αἴρεσθαί τε τὰ ἱστία ἐκέλευσε καὶ πλεῖν κατὰ τάχος ἐς Καύκανα. καὶ ἐπεὶ ὁ τοῦ οἰκέτου δεσπότης

7. γὰρ om. L. 16. ᾐόνος] ἠϊόνος P.

tha puero pariter ac regno timens, amicitiam cum Iustiniano optime iunctam omni fovebat obsequio, idque temporis annonae mercatum promiserat exercitui: nec fidem fefellit.

Syracusas ingressus Procopius, praeter opinionem in civem incidit amicum sibi a puero, eaque in urbe commercii maritimi gratia habitantem; cuius ope quidquid scire opus erat rescivit. Is enim ipsi famulum protulit, tribus tantum abhinc diebus Carthagine revectum, qui nullas Vandalorum insidias classi metuendas asseveravit: illis a nemine significatum, copias eo tempore contra ipsos venire: immo vero Vandalicae militiae robur in expeditionem adversus Godam nuper profectum: his de causis Gelimerem nihil hostile suspicantem, Carthaginis caeterarumque urbium maritimarum cura deposita, commorari Hermionae, quae est in provincia Byzacena, et a littore quatridui distat: itaque posse Romanos navigare securos impedimenti, et quocunque ferret ventus, appellere. Quibus auditis, famuli manum prehendit Procopius, et in portum Arethusae, quo navem admoverat, sese confert, crebris hominem interrogationibus excutiens, ac de singulis diligenter percontans: tum una cum ipso navem conscendit, pandi vela iubet, et Caucana properari. Cumque fa-

ἐπὶ τῆς ᾐόνος θαυμάζων εἱστήκει ὅτι οἱ οὐκ ἀπεδίδου τὸν ἄνθρωπον, ἀναβοήσας Προκόπιος, πλεούσης ἤδη τῆς νεώς, παρῃτεῖτο μή οἱ χαλεπῶς ἔχειν· χρῆναι γὰρ τὸν οἰκέτην τῷ τε στρατηγῷ συμμῖξαι καὶ ἐς τὴν Λιβύην τῷ στρατῷ καθηγησάμενον οὐκ ἐς μακρὰν ἐς τὰς Συρακούσας ἐπανήκειν, χρήματα μεγάλα περιβαλλόμενον.

V 369 C Ἀφικόμενοι δὲ ἐς τὰ Καύκανα εὑρίσκουσιν ἅπαντας ἐν πένθει μεγάλῳ. Δωρόθεος γὰρ ὁ τῶν ἐν Ἀρμενίοις καταλόγων στρατηγὸς ἐνταῦθα ἐτετελευτήκει, πολὺν αὐτοῦ πόθον τῷ παντὶ στρατοπέδῳ ἀπολιπών. Βελισάριος δὲ, ἐπεί οἱ ὅ τε οἰκέτης ἐς ὄψιν ἦλθε καὶ τὸν πάντα λόγον ἔφρασε, περιχαρὴς γενόμενος καὶ Προκόπιον πολλὰ ἐπαινέσας, ἐκέλευε σημῆναι τὸν ἀπόπλουν ταῖς σάλπιγξιν. ἀράμενοί τε κατὰ τάχος τὰ ἱστία, Γαύλῳ τε καὶ Μελίτῃ ταῖς νήσοις προσέσχον, αἳ τό τε Ἀδριατικὸν καὶ Τυρρηνικὸν πέλαγος διορίζουσιν. ἔνθα δὴ αὐτοῖς Εὔρου τι πνεῦμα ἐπιπεσὸν τῇ ὑστεραίᾳ τὰς ναῦς ἐς τὴν Λιβύης ἀκτὴν ἤνεγκεν ἐς χωρίον, ὃ δὴ Κεφαλὴν βράχους τῇ σφετέρᾳ γλώσσῃ καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Καπούτβαδα γὰρ ὁ τόπος προσαγορεύεται, πέντε ἡμερῶν ὁδὸν εὐζώνῳ ἀνδρὶ Καρχηδόνος διέχων.

D ιε΄. Ἐπεὶ δὲ τῆς ᾐόνος ἀγχοῦ ἐγένοντο, τά τε ἱστία κατατίθεσθαι ὁ στρατηγὸς ἐκέλευε καὶ ἀγκύρας ἀπὸ τῶν νεῶν ἀπορρι-

1. 20. ᾐόνος] ἠϊόνος P. *ibid.* ἀπεδίδου AL. ἀπεδίδω P. 4. συμμῖξαι] συμμίξαι P. 9. αὐτοῦ] αὑτοῦ L. 14. Τυρρηνικὸν] *τυ* H. τυρρηνὸν Hm. *ibid.* πέλαγος — τοῦτο δὲ τὸ ὕδωρ (p. 215 b.) om. HL: habent AVP et legit RV. 15. αὐτοῖς add. A. om. PV. *ibid.* τι A. πού τι PV. 17. „Καπούτβαδα] Ita scribendum censui, non Κατούβαδα, ut legebam in supplem. Vatic.“ Malt. καπούβαδα A. 21. ἀγκύρας ἀπὸ τῶν νεῶν] ἀπὸ τῶν νεῶν ἀγκύρας A. *ibid.* ἀπορριψαμένους] ἀποριψαμένους V.

muli dominus in littore staret mirabundus, quod sibi ille non redderetur, Procopius contenta voce, eunte iam navi, rogavit omitteret iracundiam: oportere famulum cum Imperatore exercitus colloqui: ac postquam classem duxisset in Africam, statim Syracusas, multa donatum pecunia, rediturum.

Delati Caucana, luctu plena castra inveniunt. Nam ibi Dorotheus Armeniae dux obierat, magno sui relicto omnibus desiderio. At Belisarius, ubi famulum vidit, et omnia plane enuntiantem audivit, vehementer gavisus est, ac plurimum laudato Procopio, tubarum clangore discessum edici iussit. Sublatis confestim velis, classem advertunt ad Gaulum et Melitam insulas, quibus mare Adriaticum a Tyrrheno dirimitur. Ibi exortus Eurus classem postridie ad illam littoris Africae partem tulit, ubi est Caputvada: sic lingua Romani sua locum appellant, unde ad Carthaginem dierum v. iter est viro expedito.

15. Admota ad littus classe, demitti vela, iactisque e navibus anchoris, stare Belisarius iubet: tum ducibus et Praefectis omnibus in

ψαμένους ἀνακωχεύειν, τούς τε ἄρχοντας συγκαλέσας ἐς τὴν P 213
αὐτοῦ ναῦν ξύμπαντας βουλὴν ὑπὲρ τῆς ἀποβάσεως προὔθηκεν. ἔνθα δὴ ἄλλοι τε λόγοι πολλοὶ ἐλέχθησαν ἐφ' ἑκάτερα φέροντες καὶ παρελθὼν Ἀρχέλαυς ἔλεξε τοιάδε „Τοῦ μὲν στρατηγοῦ τὴν ἀρετὴν ἄγαμαι, ὃς καὶ γνώμῃ παρὰ πολὺ νικῶν ξύμπαντας καὶ τῆς ἐμπειρίας ἐπὶ πλεῖστον ἥκων, ἔχων τε τὸ κράτος αὐτὸς, ἐς μέσον μὲν τὴν βουλὴν προὔθηκε, κελεύει δὲ λέγειν ἡμῶν ἕκαστον, ὥστε ὅπῃ ἂν ἄριστα ἔχειν δοκῇ ἑλέσθαι ἡμῖν δυνατοῖς εἶναι, παρὸν αὐτῷ γνῶναί τε μόνῳ τὰ δέοντα καὶ κατ' ἐξουσίαν ἐξηγεῖσθαι ᾗ βούλοιτο. ὑμῶν δὲ, ὦ ἄνδρες ἄρχοντες, (οὐκ οἶδα ὅπως ἂν εἴποιμι εὐπετῶς), θαυμάσειεν ἄν τις ὅτι μὴ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος πρὸς τὴν ἀπόβασιν ἀπειπεῖν ἔσπευσε. καίτοι ἐπίσταμαι ὡς τὸ εἰσηγεῖσθαί τι τοῖς ἐς κίνδυνον καθισταμένοις ὄνησιν μὲν τῷ B
παραινέσαντι οὐδεμίαν ἰδίᾳ φέρει, ἐς αἰτίαν δὲ ὡς τὰ πολλὰ περιίσταται. οἱ γὰρ ἄνθρωποι καλῶς μὲν φερόμενοι εἰς τὴν ἰδίαν γνώμην ἢ τύχην ἀναφέρουσι τὰ πρασσόμενα, σφαλέντες δὲ τὸν παραινέσαντα αἰτιῶνται μόνον. εἰρήσεται δὲ ὅμως. αἰτίαν γὰρ ὑποστείλασθαι τοὺς περὶ σωτηρίας βουλευομένους οὐχ ὅσιον. βουλεύεσθε ἐς τὴν πολεμίαν ἀποβαίνειν, ἄνδρες ἄρχοντες· τίνι λιμένι παρακαταθέσθαι τὰς ναῦς ἐννοοῦντες; ἢ τίνος πόλεως τείχει τὸ ἐχυρὸν ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ἕξοντες; ἢ οὐκ ἀκηκόατε ὡς ταύ-

2. αὐτοῦ] αὑτοῦ P. 7. δὲ] δὴ A. 8. δοκῇ V. δοκεῖ P. 10. ὑμῶν] ἡμῶν A. 12. ἀπειπεῖν ἔσπευσε] ἔσπευσε ἀπειπεῖν V. 13. τοῖς add. AV. ibid. ἐς] εἰς A. 14. φέρει] φέρειν A. 19. βουλεύεσθε] βουλεύεσθαι A. ibid. ἐς V. εἰς P. 20. τείχει AVPm. τείχη P. 21. ὑμῶν] ἡμῶν A.

Praetoriam convocatis, de faciendo exscensu deliberationem instituit. Hic praeter alia multa, quae in utramque partem prolata sunt, Archelaus hanc habuit orationem. *Virtutem demiror Magistri militum: qui, cum omnes prudentia ac rerum usu longe superet, et belli imperium habeat, nihilominus velit in medium consuli; itaque iubeat sententiam quemque dicere, ut nobis integrum sit, quidquid potissimum esse iudicamus, amplecti: quamvis quae expediunt, ea possit ipse per se solus videre, et pro auctoritate ad arbitrium moderari. Est autem (quod equidem aegre dico) cur vestrum cuiquam, o duces, mirum id videatur, quod quisque non contenderit exscensionem ante omnes dissuadere. Quamquam scio consilium, quod periclitantibus datur, auctori suo, non utilitatem ullam privatam, sed publicam plerunque reprehensionem afferre. Sic enim est ingenium hominum, ut prosperi quidem successus laudem vel prudentiae suae tribuant vel fortunae, mali vero eventus culpam suasori tantum ascribant. Dicam tamen quod sentio: neque enim de salute deliberantes contrahi decet reprehensionis metu. Igitur, duces, in terram hostilem facere exscensum vultis: at cui tandem portui classem credere, aut cuius urbis moenibus tueri vos cogitatis? An non audistis, quod fertur, littus hoc per novem dierum*

τὴν μὲν τὴν ἀκτὴν ἐννέα ἡμερῶν ὁδὸν, λέγω δὲ εἰς Ἰούκην ἐκ Καρχηδόνος, κατατείνειν φασὶν, ἀλίμενόν τε παντελῶς οὖσαν καὶ C τοῖς ἀνέμοις ὅθεν ἂν ἐπιπνεύσειαν ἐκκειμένην; τεῖχος δὲ οὐδὲν ἐς πᾶσαν Λιβύην ὅτι μὴ τὸ Καρχηδόνος ἀπολέλειπται, τοῦτο Γιζερίχου βουλεύσαντος. προσθείη δὲ ἄν τις ὡς καὶ τούτῳ τῷ χωρίῳ ὕδωρ τὸ παράπαν ἐνδεῖν λέγουσι. φέρε γὰρ, εἰ δοκεῖ, καί τι τῶν ἐναντίων ὑποθέμενοι τὴν διάγνωσιν ποιησώμεθα. τοὺς γὰρ ἐς ἀγῶνας καθισταμένους μηδὲν προσδοκᾶν δύσκολον οὔτε ἀνθρώπινον οὔτε τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ἄξιον. ἢν οὖν ἀποβεβηκότων ἡμῶν εἰς τὴν ἤπειρον χειμὼν ἐπιπέσοι, οὐκ ἀνάγκη δυοῖν θάτερον ταῖς ναυσὶ ξυμβῆναι, ἢ ὡς ἀπωτάτω διαφυγεῖν, ἢ ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἀπολωλέναι ταύτης; εἶτα τίς ἡμῖν τῶν ἀναγκαίων γενήσεται πόρος; μηδεὶς ἐς ἐμὲ βλεπέτω τὸν τῆς δαπάνης χορη- D γὸν ὕπαρχον. ἀρχὴν γὰρ πᾶσαν τῆς ὑπουργίας ἐστερημένην ἐπάναγκες εἰς ὄνομά τε καὶ πρόσωπον ἰδιώτου ἀποκεκρίσθαι. ποῦ δὲ ὑμῖν τῶν ὅπλων τὰ περιττὰ καταθεμένοις ἢ ἄλλο τι τῶν ἀναγκαίων δέχεσθαι δεήσει προσιόντα τὸν βάρβαρον; ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐδὲ λέγειν καλὸν ὅπῃ ἐκβήσεται. ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι χρῆναι ἡμᾶς εὐθὺ Καρχηδόνος ἰέναι. λιμένα γὰρ οὐ πλεῖον ἢ τεσσαράκοντα σταδίους αὐτῆς διέχοντα εἶναί φασιν, ὃν δὴ Στάγνον καλοῦσιν, ἀφύλακτόν τε παντάπασιν ὄντα καὶ πρὸς τὸν ἅπαντα

1. ὁδὸν] ὁδῷ A. *ibid.* Ἰούκην] ἰούκη V. **Lucam** RV. Τακάπην s. Τάκαπα Kanngiesserus p. 73. Ἰτύκην παρὲκ Καρχηδόνος hariolatur Maltretus. 3. ὅθεν] πόθεν A. 11. δυοῖν] δυεῖν P. 14. ὕπαρχον A. ἔπαρχον PV. 15. εἰς om. AV. *ibid.* ἰδιώτου] ἡδιώτου A. 16. ὑμῖν] ἡμῖν A. 19. ἡμᾶς] ὑμᾶς V. *ibid.* τεσσαράκοντα V. μ' P.

iter, a Carthagine scilicet ad Iucam, omnino importuosum esse, et omnibus ventis patere, neque urbis ullius muros, nisi Carthaginis, restare, ex quo ita visum est Gizerico? Accedit aquae penuria, qua, ut audio, laborat hic locus. Age vero, ponamus, si placet, sinistrum casum aliquem intervenire, eoque posito iudicemus: nam ut nihil adversi impendere sibi putent, qui belli aleam adeunt, id certe cum a natura nostra, tum ab ipsa rerum conditione abhorret. Ergo nobis in terram expositis, si tempestas oriatur, nonne horum alterum navibus contingere necesse est, aut ut longissime dissipentur, aut pereant ad hoc littus allisae? Deinde unde vobis commeatus? Nemo ad me, tanquam exercitus Quaestorem, respiciat. Quicunque enim magistratum gerit, si instrumentis ac subsidiis destituitur, facere non potest, quin ad privati nomen et speciem recidat. Ubinam autem arma ac vasa superflua, aut res etiam necessarias reponetis, ut impetum Barbari expedite sustineatis? Verum haec eventuum eiusmodi commemoratio indecora videtur et ominosa. In summa, Carthaginem recta tendendum censeo: nam inde portum, quem Stagnum vocant, plane incustoditum et universae classis capacem, XL. *solum stadiis abesse ferunt: unde erum-*

στόλον ἱκανῶς πεφυκότα. ὅθεν δὴ ὁρμωμένοις ἡμῖν τὸν πόλεμον διενεγκεῖν οὐ χαλεπὸν ἔσται. οἶμαι δὲ ἔγωγε ὡς Καρχηδόνος τε [V 370] ἡμᾶς ἐξ ἐπιδρομῆς κρατήσειν εἰκός, ἄλλως τε καὶ μακρὰν αὐτῆς [P 214] ἀπολελειμμένων τῶν πολεμίων, καὶ κρατήσασιν οὐδὲν τοῦ λοιποῦ μοχθηρὸν ἔσεσθαι. τὰ γὰρ ἀνθρώπεια πάντα κατειλημμένων τῶν κεφαλαίων καταρρεῖν οὐκ εἰς μακρὰν εἴωθεν. ὧν δὴ πάντων εἰς ἡμᾶς ἐνθυμουμένους τὰ βέλτιστα αἱρεῖσθαι προσήκει." Ἀρχέλαος μὲν τοσαῦτα εἶπε.

Βελισάριος δὲ ἔλεξεν ὧδε „Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ξυνάρχοντες, ἐπιγνώμονος εἶναι τοὺς λόγους οἰέσθω, μηδὲ διὰ τοῦτο ἐν ὑστάτῳ εἰρῆσθαι, ὥστε αὐτοῖς ἕπεσθαι, ὁποῖοί ποτ' ἂν ὦσιν, ἀναγκαῖον ἅπασι γίνεσθαι. ὅσα μὲν γὰρ ὑμῶν ἑκάστῳ δοκεῖ ἄριστα εἶναι ἀκήκοα. προσήκει δὲ καὶ ἐμὲ ὅσα γινώσκω ἐς μέσον ἐξενεγκόντα οὕτω σὺν ὑμῖν ἑλέσθαι τὰ κρείσσω. ἐκεῖνο δὲ ὑπομνῆσαι ὑμᾶς ἄξιον, ὡς ὀλίγῳ πρότερον οἱ μὲν στρατιῶται δεδιέναι τε τοὺς ἐν [B] τῇ θαλάσσῃ κινδύνους ἄντικρυς ἔλεγον καὶ ὡς ἐς φυγὴν τρέψονται, ἢν ναῦς πολεμία ἐπ' αὐτοὺς ἴοι· ἡμεῖς δὲ τὸν θεὸν ᾐτοῦμεν γῆν τὴν Λιβύης καὶ τὴν ἐς ταύτην ἀπόβασιν εἰρηναίαν ἡμῖν ἐπιδεῖξαι. τούτων δὲ τοιούτων ὄντων, ἀξυνέτων ἀνδρῶν ἡγοῦμαι εἶναι εὔχεσθαι μὲν παρὰ τοῦ θεοῦ λαβεῖν τὰ βελτίονα, δεδομένων δὲ αὐτῶν ἀποσείεσθαί τε καὶ ἀπ' ἐναντίας ἰέναι. ἢν δὲ καὶ πλέουσιν ἡμῖν εὐθὺ Καρχηδόνος στόλος ἀπαντήσει πολέμιος, τοῖς μὲν στρατιώταις κατὰ κράτος φεύγουσι τὸ μὴ μεμπτοῖς εἶναι

6. εἰς AV. ἐς P. 16. Aberat ἐς. 21. δὲ αὐτῶν] Vulgo τε αὐτῶν. 22. ἡμῖν om. A.

pere et facile intendere bellum poterimus. Quin simile vero videtur, nos primo incursu capturos Carthaginem, praesertim cum hostis procul absit: urbe autem potitis, nihil non pronum deinceps fore. Nam rerum humanarum commune vitium est, quod post suorum iacturam capitum, brevi dilabuntur. Haec omnia pensantibus vobis id iam incumbit, ut viam saluberrimam eligatis. Hactenus Archelaus.

Ita vero Belisarius. *Nemo vestrum, collegae mei, orationem istam cognitoris esse existimet atque arbitri, et me postremo loco idcirco dicere, ut omnibus, quicunque sint, cedendi necessitatem imponam. Quid quisque vestrum factu optimum censeat, audivi: iam convenit, ut ipse quoque mentem plane meam aperiam, itaque demum potiora vobiscum optem. Ac primum quidem meminisse id vos oportet, quod nuper milites aperte denuntiarunt; timere se maritima praelia, et fugam capturos, si classis hostium ipsos peteret. Nos vero Deum precabamur, ut nobis pacaret Africam, et facilem in eius oram exscensum daret. Quae cum ita sint, levitatis esse duco, meliora a Deo petere, eademque impetrata respuere et aversari. Quod si nobis recta Carthaginem navigantibus classis hostilis occurrerit, non erit culpandi locus effusam nostri militis fugam. Peccatum enim, quod quis, nisi caveretur, se admissurum praedixerat, defensionem adiun-*

λελείψεται· ἁμάρτημα γὰρ προρρηθὲν τὴν ἀπολογίαν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ φέρει. ἡμῖν δὲ καὶ διασωθεῖσιν οὐδεμία συγγνώμη. πολλῶν δὲ ὄντων, ἢν ἐν ταῖς ναυσὶ μένωμεν, δυσχερῶν, ἐκεῖνο μόνον ἱκα- C νῶς, οἶμαι, λελέξεται, ᾧ μάλιστα δεδίττεσθαι ἡμᾶς ἀξιοῦσι, τὸν χειμῶνα ἐπανασείοντες. ἢν γάρ τις ἐπιπέσοι χειμὼν, ἀνάγκη ταῖς ναυσὶν, ὥσπερ φασὶ, δυοῖν ξυμβῆναι τὸ ἕτερον, ἢ πόρρω που τῆς Λιβύης διαφυγεῖν, ἢ ἐπὶ τῆς ἀκτῆς διαφθαρῆναι ταύτης. τί τοίνυν ὡς ἐκ τῶν παρόντων ἑλομένοις ἡμῖν μᾶλλον ξυνοίσει; μόνας διεφθάρθαι τὰς ναῦς, ἢ αὐτοῖς ἀνδράσιν ἅπαντα ἀπολωλέναι τὰ πράγματα; χωρὶς δὲ τούτων νῦν μὲν ἀπαρασκεύοις ἐπιπεσόντες τοῖς πολεμίοις κατὰ νοῦν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀπαλλάξομεν· τὰ γὰρ πολέμια τῷ ἀπροσδοκήτῳ δουλοῦσθαι πέφυκε· μικρὸν δὲ ὕστερον τῶν πολεμίων ἐν παρασκευῇ γεγονότων ἐξ ἀντιπάλου ἡμῖν τῆς δυνάμεως ὁ ἀγὼν ἔσται. προσθείη δ᾽ ἄν τις ὡς καὶ ὑπὲρ D αὐτῆς ἴσως ἀγωνιεῖσθαι δεήσει τῆς ἀποβάσεως, ἐκεῖνά τε ζητεῖν, ἃ νῦν παρόντα ὑμῖν ὡς οὐκ ἀναγκαῖα ἐς βουλὴν ἔρχεται. ἢν δὲ καὶ χειμὼν τηνικαῦτα ἀγομένοις ἡμῖν ἐπιγένηται, ὡς τὰ πολλὰ ἐν θαλάσσῃ φιλεῖ γίνεσθαι, πρός τε τὰ κύματα καὶ τοὺς Βανδίλους διαμαχόμενοι μεταμαθεῖν τὴν εὐβουλίαν εἰσόμεθα. φημὶ δὴ ἔγωγε χρῆναι ἀποβῆναι μὲν ἡμᾶς ἐς τὴν ἤπειρον αὐτίκα δὴ μάλα, ἵππους τε ἀποβιβάζοντας καὶ ὅπλα καὶ εἴ τι ἄλλο ἐς τὴν χρείαν ἡμῖν ἀναγκαῖον εἶναι οἰόμεθα, τάφρον δὲ κατὰ τάχος ὀρύξαι καὶ

1. ἑαυτοῦ] ἑαυτῷ A. 2. δὲ ὄντων] δεόντων A. 3. ναυσὶ] ναυσὶν V. 6. δυοῖν] δυεῖν V. 12. δουλοῦσθαι] δηλοῦσθαι A. 22. τάφρον] τάφον A.

ctam habet: nos autem, ubi incolumes evaserimus, nullam veniam consequemur. Cum vero multa incommoda sese offerant, si nos intra naves contineamus, unum est, meo quidem iudicio, illudque commemorare sufficiet, quo nos maxime terrere volunt, qui tempestatem minantur. Enimvero si qua oriatur, alterum, ut aiunt, contingere navibus necesse est; aut ut longe ab Africa dispellantur, aut in hoc littore pereant. Utrum igitur, facta e re praesenti optione, magis expediet, solas perire naves, an cum vectoribus omnia? Praeterea si iam hostem imparatum adoriamur, ex sententia, ut proximum vero est, debellabimus: hostiles enim opes improvisa vi frangi solent. At mora, quamvis brevi, spatium hosti dabimus parandi sese, et aequis viribus decernemus. Quid quod etiam forte exscensionis copia armis extorquenda erit, eaque commoda quaerere oportebit; quae nunc ultro oblata vobis, in deliberationem veniunt tanquam minime necessaria. Quod si interea, dum vehemur navigiis, procella, ut saepe fit in mari, ingruerit, tum pugna cum Vandalis simul fluctibusque sustinenda ad sanum consilium sero nos revocabit. Quare sic statuo, iam nunc faciendum exscensum esse: equos, arma, et quaecunque

χαράκωμα περιβαλεῖν οὐδέν τι ἧσσον ἢ, ὡς ἄν τις εἴποι, τείχους εἰς ἀσφάλειαν ἡμῖν συντελέσειν δυνάμενον, ἐκεῖθεν δὲ ὁρμωμένους τὸν πόλεμον, ἤν τις ἐπίοι, διενεγκεῖν. ἐπιλείψει δὲ ἡμᾶς P 215 ἄνδρας ἀγαθοὺς γινομένους τῶν ἐπιτηδείων οὐδέν. τοῖς γὰρ κρατοῦσι τῶν πολεμίων τὸ κυρίοις εἶναι τῶν ἐκείνοις προσηκόντων ξυμβαίνει, καὶ ἡ νίκη πάντα περιβαλλομένη τὰ χρήματα, ἔνθα ἂν κλίνῃ, κατατίθεσθαι πέφυκεν· ὥστε ὑμῖν ἥ τε σωτηρία καὶ ἡ τῶν ἀγαθῶν περιουσία ἐν ταῖς χερσὶ κεῖται."

Ταῦτα Βελισαρίου εἰπόντος ξυνέφασάν τε καὶ ἀπεδέξαντο ἅπας ὁ ξύλλογος καὶ διαλυθέντες ὡς τάχιστα τὴν ἀπόβασιν ἐποιήσαντο τρισὶ μάλιστα μησὶν ὕστερον ἢ αὐτοῖς ἐκ Βυζαντίου ὁ ἀπόπλους ἐγένετο. καὶ δείξας τι χωρίον ἐπὶ τῆς ἠόνος ὁ στρατηγός, τοῖς τε στρατιώταις καὶ ναύταις ἐκέλευε τήν τε τάφρον ὀρύσσειν B καὶ τὸ χαράκωμα περιβαλέσθαι. οἱ δὲ κατὰ ταῦτα ἐποίουν. ἅτε δὲ ὄχλου πολλοῦ ἐργαζομένου καὶ τοῦ φόβου τὴν προθυμίαν ἐγείροντος, καὶ τοῦ στρατηγοῦ ἐγκελευομένου, αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἥ τε τάφρος ὀρώρυκτο καὶ τὸ χαράκωμα ξυντετέλεστο, καὶ οἱ σκόλοπες κύκλῳ πανταχόθεν ξυνεπεπήγατο. ἔνθα δὴ καί τι τοῖς τὴν τάφρον ὀρύσσουσι τετύχηκε θαυμάσιον ἡλίκον. ὕδατος πολύ τι χρῆμα ἡ γῆ ἀνῆκεν, οὐ γεγονὸς τοῦτο ἐν Βυζακίῳ πρότερον, ἄλλως τε καὶ τοῦ χωρίου ἀνύδρου ὄντος. τοῦτο δὲ τὸ ὕδωρ ἐς V 371

2. συντελέσαι A. συντελέσειν PV. *ibid.* ὁρμωμένους A. ὁρμωμένοις PV. 6. περιβαλλομένη] περιβαλομένη V. 7. ὑμῖν AV. ἡμῖν P. 12. ἠόνος] ἠϊόνος P. 18. τὴν om. A. 20. Βυζακίῳ] βυζαντίῳ A. 21. δὲ] δὴ V.

nobis necessaria ducimus, exponenda in terram: fossam propere ducendam, et circumiiciendum vallum, quo non minus fere, quam moenibus, protegamur: et inde certandum, si quis in nos impetum tulerit. Nec verendum ne commeatus nobis animose rem gerentibus desint. Nam qui hostium, idem rerum atque opum potitur, et Victoria bonis omnibus circumfluens, ea solet ibi deponere, quo inclinarit. Itaque et salus et bonorum copia in nostris manibus sitae sunt.

Haec locuto Belisario, assensus est coetus universus: quo soluto, statim exscensionem fecerunt, tertio post mense quam Byzantio solverant. Mox designato quodam loco in littore, militibus nautisque imperat Magister militiae uti fossam percutiant, ac circunstruant vallum. Illico gestus est mos: et quoniam ingens multitudo operi incumbebat, studiumque cum ipse timor, tum Magistri militum vox atque hortatus excitabant, eodem die perducta fossa, vallum confectum, et pali circum ubique depacti sunt. Eo loci res fossoribus accidit admiratione dignissima. Solo fons uber emicuit: cuiusmodi munus in Byzacio novum, eoque magis mirum extitit, quod peraridus is locus erat. Haec autem aqua ad

πᾶσαν χρείαν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς ἄλλοις ζῴοις ἐπήρκεσε. καὶ
C ξυνηδόμενος τῷ στρατηγῷ Προκόπιος ἔλεγεν ὡς οὐ διὰ τὴν χρείαν τῇ τοῦ ὕδατος περιουσίᾳ χαίροι, ἀλλ' ὅτι σύμβολον εἶναι δοκεῖ νίκης ἀπόνου καὶ τοῦτο σφίσι προλέγειν τὸ θεῖον· ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο. τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκείνην οἱ στρατιῶται ξύμπαντες ἐν τῷ στρατοπέδῳ ηὐλίσαντο, φυλακάς τε καὶ τὰ ἄλλα ᾗπερ εἰώθει ποιούμενοι, πλήν γε δὴ ὅτι τοξότας πέντε ἐν νηὶ ἑκάστῃ Βελισάριος ἐκέλευε μεῖναι φυλακῆς ἕνεκα, καὶ τοὺς δρόμωνας ἐν κύκλῳ αὐτῶν ὁρμίζεσθαι, φυλασσομένους μή τις ἐπ' αὐτὰς κακουργήσων ἴοι.

D ιϛʹ. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ, ἐπειδὴ τῶν στρατιωτῶν τινες ἐς τοὺς ἀγροὺς ἀναβαίνοντες τῶν ὡραίων ἥπτοντο, αὐτῶν τε τὰ σώματα ὁ στρατηγὸς οὐ παρέργως ᾐκίσατο καὶ ξυγκαλέσας ἅπαντας ἔλεξε τάδε „Τὸ μὲν βιάζεσθαι καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις σιτίζεσθαι
H 111 ταύτῃ μόνον ἔν γε τοῖς ἄλλοις καιροῖς μοχθηρὸν πεφυκέναι δοκεῖ, ὅτι τὸ ἄδικον ἐν αὐτῷ φέρεται· νῦν δὲ τοσοῦτον αὐτῷ τῆς δυσκολίας περίεστιν ὥστε, εἰ μὴ πικρὸν εἰπεῖν, τὸν τοῦ δικαίου λόγον περὶ ἐλάσσονος ποιησαμένους τὸν ἐντεῦθεν κίνδυνον ἡμᾶς
P 216 ἡλίκος ποτέ ἐστιν ἐκλογίζεσθαι χρή. ἐγὼ γὰρ ἐκείνῳ μόνῳ τὸ θαρρεῖν ἔχων εἰς τὴν γῆν ὑμᾶς ἀπεβίβασα ταύτην, ὅτι τοῖς Βανδίλοις οἱ Λίβυες, Ῥωμαῖοι τὸ ἀνέκαθεν ὄντες, ἄπιστοί τέ εἰσι καὶ χαλεπῶς ἔχουσι, καὶ διὰ τοῦτο ᾤμην ὡς οὔτ' ἄν τι τῶν ἀναγκαίων ἡμᾶς ἐπιλείποι οὔτε τι ἐξ ἐπιδρομῆς κακὸν ἐργάσονται

22. **οὔτ' — οὔτε] οὐδ' — οὐδέ P.**

omnes vitae usus hominibus iuxta ac pecudibus abunde fuit: tum gratulans militum Magistro Procopius, data aquae copia laetari se dixit, non tam propter eius opportunitates, quam quod victoriae nullo labore adipiscendae omen esset, idque Deus non obscure monstraret: quod eventus probavit. Noctem proximam in castris omnes duxerunt, vigiliis caeterisque pro more dispositis. Sagittarios tantum quinos in singulis navibus excubare Belisarius iussit, et dromonas circumquaque applicari, ut inimicam vim, si qua forte offerretur, arcerent.

16. Postridie, cum milites quidam, in agros dilapsi, fructus tunc maturos carpsissent, in eos Magister militiae non leviter verberibus animadvertit, et advocata concione sic verba fecit. *Inferre vim, et rapto alienoque vivere, scelus alias ideo videtur esse, quia ius violatur: nunc autem tantam habet offensionem, ut, posthabita aequitate, (absit verbo invidia) nihil aliud, nisi quantum ex hac licentia periculum proficiscatur, attendere nos oporteat. Ego sane vos in terram exposui, hoc uno fretus, quod Afri, qui Romani a stirpe sunt, in fide erga Vandalos claudicent, sintque illis infensi. Propterea nobis nec defore commeatum, nec hostem incursu ullo nociturum existimabam. At nunc vestra illa in-*

ἡμᾶς οἱ πολέμιοι. ἀλλὰ νῦν αὕτη ὑμῶν ἡ ἀκράτεια ταῦτα εἰς τοὐναντίον ἡμῖν μεταβέβληκε. τοὺς γὰρ Λίβυας δήπου κατηλλάξατε τοῖς Βανδίλοις, εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς ἤδη τὴν τούτων περιάγοντες δυσμένειαν. φύσει γὰρ πρόσεστι τοῖς ἀδικουμένοις ἡ πρὸς τοὺς βιαζομένους ἔχθρα, καὶ περιέστηκεν ὑμῖν τῆς τε ὑμῶν αὐτῶν ἀσφαλείας καὶ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀφθονίας ὀλίγα ἄττα ἀργύρια ἀνταλλάξασθαι, παρὸν ὑμῖν παρ' ἑκόντων ὠνουμένοις τὰ B ἐπιτήδεια τῶν κυρίων μήτε ἀδίκοις εἶναι δοκεῖν καὶ φίλοις ἐκείνοις ἐς τὰ μάλιστα χρῆσθαι. νῦν οὖν πρός τε Βανδίλους ὑμῖν καὶ Λίβυας ὁ πόλεμος ἔσται, λέγω δὲ ἔγωγε καὶ τὸν θεὸν αὐτόν, ὃν οὐδεὶς ἀδικῶν ἐς ἐπικουρίαν παρακαλεῖ. ἀλλὰ παύσασθε μὲν τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπεισπηδῶντες, κέρδος δὲ ἀποσείσασθε κινδύνων μεστόν. οὗτος γὰρ ἐκεῖνος ὁ καιρός ἐστιν ἐν ᾧ μάλιστα σωφροσύνη μὲν οἵα τε σώζειν, ἀκοσμία δὲ ἐς θάνατον φέρει. τούτων γὰρ ἐπιμελομένοις ὑμῖν ἵλεως μὲν ὁ θεός, εὔνους δὲ ὁ τῶν Λιβύων λεώς, καὶ τὸ τῶν Βανδίλων γένος εὐέφοδον ἔσται."

Τοσαῦτα εἰπὼν Βελισάριος καὶ τὸν ξύλλογον διαλύσας, ἐπεὶ ἤκουσε Σύλλεκτον πόλιν ἡμέρας ὁδὸν τοῦ στρατοπέδου διέχουσαν C ἐπὶ θαλάσσῃ εἶναι ἐν τῇ ἐπὶ Καρχηδόνα φερούσῃ, ἧς τὸ μὲν τεῖχος ἐκ παλαιοῦ καθῃρημένον ἐτύγχανεν, οἱ δὲ ταύτῃ ᾠκημένοι τοὺς τῶν οἰκιῶν τοίχους πανταχόθεν ἀποφράξαντες διὰ τὰς τῶν Μαυρουσίων ἐπιδρομὰς περιβόλου ἐφύλασσον σχῆμα, τῶν δορυ-

1. ἡ om. L. 3. περιάγοντες AL. ὑπάγοντες P. 5. αὐτῶν ἀσφαλείας] ἀσφαλείας αὐτῶν LHm. 11. παύσασθε — ἀποσείσασθε] παύσασθαι — ἀποσείσασθαι H: illa Hm. 22. περιβόλου ALHm. προβόλου P.

temperantia res partem in contrariam vertit. Nam Afrorum benevolentiam Vandalis, odium vobis modo conciliastis, adiuvante natura, quae iniustam vim patientes ab inferentibus alienat: eoque cupiditatis praeposterae deventum est, ut pro argenteis pauculis, quos servastis, vestram securitatem et bonorum copiam abieceritis, cum cibaria a volentibus dominis coëmendo, iniustitiae notam vitare, eorumque amicitiam colligere promptum esset. Igitur hostes, simul Vandalos, simul Afros patiemur; addo etiam deum ipsum, qui nemini iniuriam facienti opitulatur. Agitedum: in aliena involare nolite amplius, et quaestum periculosissimum amovete: quando salus ex abstinentia et moderatione maxime pendet, effraenata autem licentia ad interitum ducit. Nam si dicta sancte curabitis, deum propitium, Afros amicos, Vandalos aditu faciles experiemini.

His dictis ac soluto coetu, audiens Belisarius diei unius itinere procul a castris, in via, quae Carthaginem ducit, sitam esse propter mare urbem Syllectum; cuius quidem moenia pridem diruta fuerant, at cives domorum parietibus ob Maurorum incursiones undique munitis, murorum

φόρων ἕνα Βοραΐδην ἅμα τῶν ὑπασπιστῶν τισιν ἔστελλεν, ἐπαγγείλας αὐτοῖς τῆς τε πόλεως ἀποπειρᾶσθαι καὶ, ἢν ἕλωσι, κακὸν μὲν μηδὲν ἐν αὐτῇ δρᾶσαι, ἐπαγγείλασθαι δὲ ἀγαθὰ μύρια, καὶ ὡς ἐπὶ τῇ αὐτῶν ἐλευθερίᾳ ἥκοιεν, ὥστε εἰσιτητὰ τῷ στρατῷ ἐς αὐτὴν γενέσθαι. οἱ δὲ περὶ λύχνων ἁφὰς ἀγχοῦ τῆς πόλεως γενόμενοι ἐν φάραγγί τε λαθόντες διενυκτέρευσαν. ἕωθεν δὲ ἀγροίκων ξὺν ἁμάξαις ἐς αὐτὴν εἰσιόντων ἐπιτυχόντες, συνεισελ- D *θόντες σιωπῇ καὶ οὐδενὶ πόνῳ τὴν πόλιν ἔσχον. καὶ ἐπεὶ ἡμέρα ἐγένετο, οὐδενὸς θορύβου ἡγησαμένου, τόν τε ἱερέα καὶ εἴ τι δόκιμον ἦν ξυγκαλέσαντες τάς τε τοῦ στρατηγοῦ ἐντολὰς ἀπήγγελλον, καὶ τὰς κλεῖς τῶν εἰσόδων παρ' ἑκόντων λαβόντες τῷ στρατηγῷ ἔπεμψαν.*

V 372 *Τῇ δὲ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὁ τοῦ δημοσίου δρόμου ἐπιμελόμενος ηὐτομόλησε παραδοὺς τοὺς δημοσίους ξύμπαντας ἵππους. ξυλληφθέντα δὲ καί τινα τῶν ἐς τὰς βασιλικὰς ἀποκρίσεις ἀεὶ στελλομένων, οὓς δὴ βερεδαρίους καλοῦσι, κακὸν μὲν οὐδὲν ὁ στρατηγὸς ἔδρασε, χρυσῷ δὲ πολλῷ δωρησάμενος καὶ πιστὰ λαβὼν τὰς ἐπιστολὰς ἐνεχείρησεν, ἅσπερ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς πρὸς Βανδίλους ἔγραψεν ἐφ' ᾧ τοῖς Βανδίλων ἄρχουσι δοῦναι.* P 217 *ἐδήλου δὲ ἡ γραφὴ τάδε „Οὔτε Βανδίλοις πολεμεῖν ἔγνωμεν οὔτε τὰς Γιζερίχου σπονδὰς λύομεν, ἀλλὰ τὸν ὑμέτερον τύραννον καθελεῖν ἐγχειροῦμεν, ὃς τῶν Γιζερίχου διαθηκῶν ὀλιγωρήσας τὸν*

1. „*βοραΐδην* Reg." Malt. Sic LHm. *Μοραΐδην* P. *Boriadem* RV. 2. *τῆς* om. L. 3. *δὲ* om. L. *ibid.* *μύρια*] *μυρία* A. 13. *δημοσίου δρόμου*] *ἱπποδρόμου* inter versus A. *δημοσίου* om. L. 20. *οὔτε τὰς*] *οὐδὲ τὰς* P. 21. *ὑμέτερον*] *ἡμέτερον* AHL.

speciem retinebant; Moraidem, ex hastatis stipatoribus unum, cum scutatis aliquot destinat, praecipitque ut urbem tentent: si ceperint, nihil noceant: quin potius promissis impleant, seque libertatis Africae vindices profiteantur, quo exercitum accipiat civitas. Illi prima face ad vallem urbi proximam pervenerunt: ubi cum noctem totam delituissent, albente aurora cum rusticis, quos cum plaustris in urbis introitu nacti sunt, intravere silentio, et urbem nullo negotio occuparunt. Ut clarius illuxit, sine tumultu Episcopo et optimatibus convocatis, mandata exponunt Magistri militum, et acceptas, nemine invito, adituum claves, ad ipsum mittunt.

Eodem die cursus publici procurator equos omnes publicos sponte tradidit. Illorum etiam, qui rescripta Principis perferunt (veredarios appellant) interceptum quemdam Belisarius benigne habuit, multa donavit pecunia, et accepta fide, Iustiniani ad Vandalos literas, gentis ducibus ac Praefectis reddendas, ei credidit: in hanc porro sententiam scriptae erant. *Nec Vandalis bellum indicimus, nec pacem solvimus a Gizerico factam; sed vestrum tollere tyrannum aggredimur, qui testamento Gizerici spreto, regem vestrum asservat in vinculis, atque e pro-*

μὲν βασιλέα ὑμῶν καθείρξας τηρεῖ, τῶν δὲ αὐτοῦ ξυγγενῶν οὓς
μὲν σφόδρα ἐμίσει κατ' ἀρχὰς ἔκτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς τὰς ὄψεις
ἀφελόμενος ἐν φυλακῇ ἔχει, οὐκ ἐῶν θανάτῳ καταλῦσαι τὰς
συμφοράς. ξυλλάβεσθε τοίνυν ἡμῖν καὶ ξυνελευθεροῦτε ὑμᾶς
αὐτοὺς οὕτω μοχθηρᾶς τυραννίδος, ὅπως ἂν δύνησθε τῆς τε
εἰρήνης καὶ τῆς ἐλευθερίας ἀπόνασθαι. ταῦτα γὰρ ὑμῖν παρ'
ἡμῶν ἔσεσθαι πρὸς τοῦ θεοῦ τὰ πιστὰ δίδομεν." τοσαῦτα μὲν B
τὰ βασιλέως γράμματα ἐδήλου. ὁ δὲ ταῦτα παρὰ Βελισαρίου
λαβὼν ἐξενεγκεῖν μὲν εἰς τὸ φανερὸν οὐκ ἐτόλμησε, λάθρα δὲ
τοῖς φίλοις ἐπιδείξας οὐδὲν ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον διεπράξατο.

ιζ'. Βελισάριος δὲ ὡς ἐς παράταξιν ὧδε διακοσμήσας τὸ H 112
στράτευμα τὴν ἐπὶ Καρχηδόνα ἐβάδιζε. τῶν δ' ὑπασπιστῶν
τριακοσίους ἀπολέξας, ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια, Ἰωάννῃ
παρέδωκεν, ὅς οἱ ἐπεμελεῖτο τῆς περὶ τὴν οἰκίαν δαπάνης· ὀπτίω-
να τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. ἀνὴρ δὲ ἦν Ἀρμένιος μὲν γένος, ξυν-
έσεως δὲ καὶ ἀνδρείας ἐς τὸ ἀκρότατον μάλα ἥκων. τοῦτον δὴ
τὸν Ἰωάννην ἐκέλευε τῇ στρατιᾷ ἡγεῖσθαι, οὐχ ἧσσον ἢ κατὰ
εἴκοσι σταδίους διέχοντα, καὶ ἤν τι πολέμιον ἴδοι, κατὰ τάχος
σημῆναι, ὅπως δὴ μὴ ἀπαράσκευοι ἐς μάχην καθίστασθαι ἀναγ- C
κάζοιντο. τοὺς δὲ ξυμμάχους Μασσαγέτας ἐκέλευε τοσούτοις ἢ
καὶ πλείοσι σταδίοις ἀπέχοντας ἀεὶ κατὰ τὸ ἀριστερὸν μέρος τὴν
πορείαν ποιεῖσθαι· αὐτὸς δὲ ὄπισθεν μετὰ τῶν ἀρίστων ἐβάδι-
ζεν. ὑπώπτευε γὰρ ἐκ τῆς Ἑρμιόνης Γελίμερα σφίσιν ἑπόμενον

1. ξυγγενῶν] συγγενῶν L. 20. ἐκέλευε L. ἐκελεύετο P.

pinquis, quos quidem maxime oderat, ipso statim initio interfecit; reliquos vero luminibus orbatos, custodia attinet, aerumnas leto finire vetans. Igitur iuvate nos, et coniuncta opera tam impiae tyrannidis iugum excutite, ut pace et libertate fruamini. Nos enim vobis haec praestituros, teste Deo, pollicemur. Haec habebant Augusti literae: quas ille cum accepisset a Belisario, non ausus est palam promere, sed amicis tantum clam impertitus, nihil egit, quod operae pretium fuerit.

17. Belisarius instructa acie Carthaginem versus iter instituit, et virorum fortium, qui inter scutatos merebent, delectu ad trecentos habito, adiunxit illos Ioanni, quem sibi domesticorum sumptuum curatorem optaverat (Optionem Romani dicunt). Erat hic natione Armenius, summa prudentia ac fortitudine vir. Sic autem ipsum exercitui praeire iussit, ut stadiorum non minus xx. intervallum servaret: sicubi videret hostem, actutum significarat, ne imparati pugnam capessere cogerentur. Massagetis foederatis edixit a laeva procederent, eodem, quo illi, vel maiori etiam divisi spatio. Ipse cum flore exercitus a tergo ibat, suspicans venientem Hermione et sequentem Gelimerem brevi facturum impetum.

οὐκ ἐς μακρὰν ἐπιθήσεσθαι. κατὰ γὰρ τὸ δεξιὸν μέρος οὐδὲν
ἦν δέος οὐ πόρρω τῆς ἠόνος πορευομένοις. τοῖς δὲ ναύταις
ἐπήγγελλε παρακολουθεῖν τε ἀεὶ καὶ τοῦ στρατεύματος μὴ πολὺ
διεστάναι, ἀλλ' ἐπιφόρου μὲν γινομένου τοῦ πνεύματος χαλά-
D σαντας τὰ μεγάλα ἱστία τοῖς μικροῖς, ἃ δὴ δόλωνας καλοῦσιν,
ἕπεσθαι, λωφήσαντος δὲ παντελῶς τοῦ ἀνέμου βιάζεσθαι ὅσον
οἷοί τε ὦσιν ἐρέσσοντας.

Εἰς δὲ Σύλλεκτον ἀφικόμενος Βελισάριος σώφρονάς τε τοὺς
στρατιώτας παρείχετο καὶ οὔτε ἀδίκων χειρῶν ἄρχοντας οὔτε τι
ἄπο τρόπου ἐργαζομένους, αὐτός τε πρᾳότητα πολλὴν καὶ φιλαν-
θρωπίαν ἐνδεικνύμενος οὕτω τοὺς Λίβυας προσεποιήσατο ὥστε
P 218 τοῦ λοιποῦ καθάπερ ἐν χώρᾳ οἰκείᾳ τὴν πορείαν ποιεῖσθαι, οὔτε
ὑποχωρούντων τῶν ταύτῃ ᾠκημένων οὔτε τι ἀποκρύπτεσθαι βου-
λομένων, ἀλλὰ καὶ ἀγορὰν παρεχομένων καὶ τὰ ἄλλα τοῖς στρα-
τιώταις ᾗ βούλοιντο ὑπηρετούντων. ὀγδοήκοντα δὲ σταδίους
ἀνύοντες εἰς ἡμέραν ἑκάστην ἄχρις ἐς Καρχηδόνα διετελέσαμεν,
ἢ κατὰ πόλιν, ἂν οὕτω τύχοι, ἢ ἐν στρατοπέδῳ ἐκ τῶν παρόν-
των ὡς ἀσφαλέστατα αὐλιζόμενοι. οὕτω γοῦν διά τε Λέπτης
πόλεως καὶ Ἀδραμητοῦ ἐς Γράσσην τὸ χωρίον ἀφικόμεθα, πεν-
τήκοντα καὶ τριακοσίους σταδίους Καρχηδόνος διέχον. ἔνθα δὴ
βασίλειά τε ἦν τοῦ Βανδίλων ἡγουμένου καὶ παράδεισος κάλλι-
B στος ἁπάντων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν. ταῖς τε γὰρ κρήναις κομιδῇ κα-

2. ἠόνος] ἠϊόνος P. 5. ἱστία] ἄρμενα Suidas s. v. δόλωνες. 9. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδέ P. 10. ἄπο] ἀπὸ P. 11. Λίβυας] λίβας AHL. ἴσ. λίβυας Hm.

Nullus a dextra metus; maris enim littus legebant. Nautis iniunxit, ut semper exercitum assectarentur, nec longius abscederent; at secunda spirante aura, sequerentur, utentes dolonibus sive minoribus velis, contractis maioribus: si ventus plane resideret, remis pro virili parte incumberent.

Ubi Syllectum attigit Belisarius, milites continuit, violari neminem passus, neque ab honestis moribus alienum quidquam admitti. Ipse vero eximiae mansuetudinis atque humanitatis significatione Afrorum animos ita cepit, ut non aliter quam in solo ditionis nostrae nobis iter deinceps fuerit, cum nec vitarent conspectum nostrum indigenae, nec abdere quidquam vellent, sed annonam praeberent, ac caetera militibus pro eorum arbitrio ministrarent. Carthaginem usque diebus singulis stadia octoginta confecimus, aut in oppidis, si ita contingeret, aut in castris agentes noctem, quantum e re nata fieri poterat, communitis. Ita per urbes Leptin et Adrumetum pervenimus Grassen, stadiis CCCL. Carthagine dissitam: ubi Regis Vandalorum palatium erat, et horti, omnium, quos unquam vidimus, amoenissimi. Nam et fontibus benignissime rigan-

τάρρυτός ἐστι καὶ ἄλσους ἔχει πάμπολυ χρῆμα. ὀπώρας δὲ τὰ δένδρα μεστά εἰσι ξύμπαντα· ὥστε τῶν στρατιωτῶν ἕκαστος V 373 τὴν καλύβην ἐν δένδροις ὀπώρας ἐπήξατο καὶ τῶν καρπῶν τηνικάδε ὡραίων ὄντων ἐς κόρον μὲν αὐτῶν ἀφίκοντο πάντες, αἴσθησις δὲ σχεδόν τι τῆς ὀπώρας ἐλασσουμένης οὐ γέγονε.

Γελίμερ δὲ, ἐπεὶ ἐν Ἑρμιόνῃ τὸ πρῶτον παρόντας ἤκουσε τοὺς πολεμίους, γράφει ἐς Καρχηδόνα πρὸς τὸν ἀδελφὸν Ἀμμάταν, Ἰλδέριχον μὲν καὶ ἄλλους, ὅσους εἴτε κατὰ γένος εἴτε ἄλλως αὐτῷ προσήκοντας ἐν φυλακῇ ἔχει, ἀποκτιννύναι, αὐτὸν δὲ τούς τε Βανδίλους καὶ εἴ τι ἄλλο μάχιμον ἐν τῇ πόλει ἦν ἐν παρασκευῇ ποιήσασθαι, ὅπως τῶν πολεμίων ἐν στενοῖς γινομέ- C νων ἀμφὶ τὸ τῆς πόλεως προάστειον, ὃ Δέκιμον καλοῦσιν, ἀμφοτέρωθεν ξυνιόντας κυκλώσασθαί τε αὐτοὺς καὶ σαγηνεύσαντας διαφθεῖραι. Ἀμμάτας δὲ κατὰ ταῦτα ἐποίει, καὶ τόν τε Ἰλδέριχον, ξυγγενῆ ὄντα, καὶ Εὐαγέην ἀπέκτεινε καὶ τῶν Λιβύων ὅσοι αὐτοῖς ἐπιτήδειοι ἦσαν. Ὀάμερ γὰρ ἤδη ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο. τούς τε Βανδίλους ἐξοπλίσας, ὡς εἰς καιρὸν ἐπιθησόμενος, ἐν παρασκευῇ ἐποιήσατο. Γελίμερ δὲ ὄπισθεν, οὐ παρέχων ἡμῖν αἴσθησιν, εἵπετο, πλήν γε δὴ ὅτι ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, ᾗ ἐν Γράσσῃ ηὐλισάμεθα, κατάσκοποι ἑκατέρωθεν ἰόντες ξυνέμιξαν, πλήξαντές τε ἀλλήλους ἐς τὸ σφέτερον στρατόπεδον ἑκάτεροι ἀπεχώρησαν, καὶ ταύτῃ γέγονεν ἡμῖν φανερὸν οὐ πόρρω D εἶναι τοὺς πολεμίους. ἐνθένδε ἡμῖν πορευομένοις τὰς ναῦς ἐσο-

7. Ἀμμάταν] ἀμάταν H: illud Hm. 9. ἀποκτιννύναι] Vulgo ἀποκτινύναι. 22. ταύτῃ] ταῦτα Hm.

tur, et magnam habent copiam arborum, quarum nulla non felix est ac mitibus pomis exuberat: ita ut milites, cum inter arbores fructiferas casulam sibi quisque struxisset, pomis tum maturis sese cuncti expleverint, vix tamen decerptum fuisse quidquam apparuerit.

Apud Hermionem Gelimer, ut primum adesse hostes audivit, Carthaginem ad fratrem suum Ammatan scripsit, ut Ildericum ac caeteros propinquitate, vel quavis alia ratione illi coniunctos, quos habebat in vinculis, interficeret; Vandalos, et si qui alii in urbe essent idonei bello, instrueret, ut cum hostis in angustias Decimi, qui locus est in agro suburbano, se compegisset, eum ipsi utrinque interciperent, ac veluti septum indagine profligarent. Dicto audiens Ammatas Ildericum, propinquum suum, Euageemque, et Afrorum ipsis familiarissimos occidit, Oamere iam ante mortuo. Vandalos, arma iussos induere, in procinctu habuit, opportune facturus impetum. Veniebat a tergo Gelimer, nihil nobis persentientibus. Ea solum nocte, qua sedem castris nostris Grasse praebuit, utrinque missi exploratores se invicem offenderunt, nec sine conflictu ad sua utrique castra redierunt: ita demum imminere nobis hostem cognovimus. Inde digressis, in conspectu classis esse non pote-

ῥᾶν ἀδύνατα ἦν. πέτραι γὰρ ὑψηλαὶ, πόρρω τῆς θαλάσσης διήκουσαι, περίοδον τοῖς πλέουσι πολλῷ μέτρῳ ἐργάζονται, καὶ ἄκρα ἀνέχει, ἧς ἐντὸς τὸ τοῦ Ἑρμοῦ πόλισμά ἐστι. Βελισάριος οὖν Ἀρχελάῳ τε τῷ ὑπάρχῳ ἐπέστελλεν ἐς Καρχηδόνα μὲν μὴ καταίρειν, σταδίους δὲ ἀμφὶ τοὺς διακοσίους ἀπέχοντας ἄχρις οὗ αὐτὸς καλέσῃ μένειν. ἐκ δὲ Γράσσης ἐξαναστάντες τεταρταῖοι ἐς Δέκιμον ἀφικόμεθα, σταδίοις ἑβδομήκοντα Καρχηδόνος ἀπέχον.

P 219 ιη΄. Ἐν δὲ δὴ τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ Γελίμερ τὸν ἀνεψιὸν Γι-
H 113 βαμοῦνδον ἐκέλευεν ἅμα Βανδίλων δισχιλίοις φθάνοντα τὸ ἄλλο στράτευμα κατὰ τὸ εὐώνυμον μέρος ἰέναι, ὅπως Ἀμμάτας μὲν ἐκ Καρχηδόνος, Γελίμερ δὲ αὐτὸς ὄπισθεν, Γιβαμοῦνδος δὲ ἐκ τῶν ἐπ᾽ ἀριστερὰ χωρίων ἐς ταὐτὸ ξυνιόντες ῥᾷόν δὴ καὶ ἀπονώτερον τὴν κύκλωσιν τῶν πολεμίων ποιήσωνται. ἐμοὶ δὲ τά τε θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπεια ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ ἐπῆλθε θαυμάσαι, ὅπως ὁ μὲν θεὸς, πόρρωθεν ὁρῶν τὰ ἐσόμενα, ὑπογράφει ὅπη
B ποτὲ αὐτῷ τὰ πράγματα δοκεῖ ἀποβήσεσθαι, οἱ δὲ ἄνθρωποι ἢ σφαλλόμενοι ἢ τὰ δέοντα βουλευόμενοι οὐκ ἴσασιν ὅτι ἔπταισάν τι, ἂν οὕτω τύχοι, ἢ ὀρθῶς ἔδρασαν, ἵνα γένηται τῇ τύχῃ τρίβος, φέρουσα πάντως ἐπὶ τὰ πρότερον δεδογμένα. εἰ μὴ γὰρ Βελισάριος οὕτω διῳκήσατο τὴν παράταξιν, τοὺς μὲν ἀμφὶ τὸν Ἰωάννην προτερῆσαι κελεύσας, τοὺς δὲ Μασσαγέτας ἐν ἀριστερᾷ

5. „ἀπέχοντας] Melius ἀπέχοντα.“ MALT. 11. Ἀμμάτας] ἀμάτας L. 13. ἐπ᾽ om. HL. ibid ἀριστερὰ] ἀριστερᾶ HL. ibid. ἀπονώτερον] ἀπονοότερον A. 14. ποιήσωνται L. ποιήσονται P. 16. ὑπογράφει] Vulgo ὑπογράφῃ. 20. δεδογμένα] δεδομένα Hm. 21. οὕτω] οὕτως L.

rat, propterea quod alti scopuli longe in mare procurrentes longo flexu nautas avertunt, ac prominet promontorium, citra quod est oppidum Mercurii. Quare Belisarius Archelao exercitus Quaestori iniungit, ne Carthaginem appellat, sed absit cc. circiter stadia, nec nisi suo mandato moveat. Grasse profecti, die quarto pervenimus Decimum, quod Carthagine stadiis LXX. distat.

18. Eo die Gelimer Gibamundum, suum ex fratre nepotem, cum bis mille Vandalis reliquas copias praegredientem, ad laevam ire iussit, ut Ammatas a Carthagine, Gelimer ipse a tergo, Gibamundus a sinistra in unum convenientes, hostem facilius circumcluderent. Mihi vero in hoc congressu divina et humana consilia mirari succurrit: nimirum uti Deus futura longe praevidens, quem cuique rei dare ipse exitum vult, certo designat: dum homines, quamlibet viam, tum falsam, tum veram ineundo caecutiunt, ignari rectene fecerint, an forte secus: ut divinae providentiae ad ea, quae ante constituit, peragenda sternatur iter. Profecto nisi Belisarius ita aciem instruxisset, ut Ioannem praecedere, et Massagetas

τῆς στρατιᾶς ἰέναι, οὐκ ἄν ποτε διαφυγεῖν τοὺς Βανδίλους ἰσχύ-
σαμεν. καὶ τούτων δὲ οὕτω Βελισαρίῳ βεβουλευμένων, εἰ τὸν
καιρὸν Ἀμμάτας διεφύλαξε καὶ μὴ τοῦτον τεταρτημορίῳ τῆς ἡμέ-
ρας μάλιστα ἔφθασεν, οὐκ ἄν ποτε οὕτω Βανδίλοις διεφθάρη C
τὰ πράγματα· νῦν δὲ Ἀμμάτας προτερήσας ἀμφὶ μέσην ἡμέραν
ἐς Δέκιμον ἧκε, μακρὰν ἀπολελειμμένων ἡμῶν τε καὶ τοῦ Βανδί-
λων στρατεύματος, οὐ τοῦτο μόνον ἁμαρτήσας, ὅτι οὐκ ἐν
δέοντι ἀφίκετο χρόνῳ, ἀλλὰ καὶ τὸ Βανδίλων πλῆθος ἐν Καρχη-
δόνι ἀπολιπὼν, ἀπαγγείλας τε ὡς τάχιστα ἐς τὸ Δέκιμον ἥκειν,
αὐτὸς ξὺν ὀλίγοις καὶ οὐδὲ ἀριστίνδην ξυνειλεγμένοις τοῖς ἀμφὶ
τὸν Ἰωάννην ἐς χεῖρας ἦλθε. καὶ κτείνει μὲν τῶν ἀρίστων δώ- V 374
δεκα ἐν τοῖς πρώτοις ἀγωνιζομένους, πίπτει δὲ καὶ αὐτὸς, ἀνὴρ D
ἀγαθὸς ἐν τῷ ἔργῳ τούτῳ γενόμενος. καὶ ἡ μὲν τροπὴ, ἐπεὶ
Ἀμμάτας ἔπεσε, λαμπρὰ ἐγεγόνει, φεύγοντες δὲ κατὰ κράτος οἱ
Βανδίλοι ἀνεσόβουν ἅπαντας τοὺς ἐκ Καρχηδόνος ἐς Δέκιμον ἰόν-
τας. ἐπορεύοντο γὰρ οὐδενὶ κόσμῳ οὐδὲ ὡς ἐς μάχην ξυντε-
ταγμένοι, ἀλλὰ κατὰ συμμορίας, καὶ ταύτας βραχείας· κατὰ
τριάκοντα γὰρ ἢ εἴκοσιν ᾖεσαν. ὁρῶντες δὲ Βανδίλους τοὺς
ἀμφὶ τὸν Ἀμμάταν φεύγοντας, καὶ οἰόμενοι τοὺς διώκοντας
παμπληθεῖς εἶναι, τρέψαντες τὰ νῶτα συνέφευγον. Ἰωάννης
δὲ καὶ οἱ ξὺν αὐτῷ οἷς ἂν ἐντύχοιεν κτείνοντες ἄχρι ἐς τὰς Καρ- P 220
χηδόνος πύλας ἀφίκοντο. καὶ γέγονε φόνος Βανδίλων ἐν τοῖς

6. Δέκιμον] δέκιον HL: illud Hm. 18. εἴκοσιν L. εἴκοσι P.

ad laevam exercitus vadere iussisset, infestas Vandalorum manus nunquam potuissemus effugere. Immo vero rebus ita, ut dixi, constitutis a Belisario, si tempus idoneum observasset Ammatas, neque illud quarta fere diei parte praevertisset, nunquam ita Vandalorum res corruissent. Verum praefestinans Ammatas, circiter meridiem ad Decimum sese contulit, unde nos et Vandalicus exercitus procul adhuc aberamus. Neque hoc solum peccavit, quod advenit intempestive, sed quod etiam maiorem partem Vandalorum Carthagine reliquit, ac satis habens illis mandasse, ut quamprimum ad Decimum venirent, ipse cum paucis, neque iis e robore delectis, ausus est Ioannem adoriri. Et ille quidem duodenos in prima acie dimicantes viros fortissimos ferro confecit; at ipse demum occubuit, re strenue gesta in hoc certamine. Postquam Ammatas occidit, aperte Vandali terga vertere. Eorum autem contentior fuga magnam perturbationem iniecit Carthagine ad Decimum properantibus: qui incomposite neque instructa acie, sed turmatim, cum vix triginta aut viginti etiam simul essent, veniebant. Ubi vero Vandalos, qui Ammatam secuti fuerant, consternatos in fugam viderunt, ingentem rati persequentium esse numerum, ipsi quoque terga convertere et coniicere se in pedes. At Ioannes, et qui cum illo erant, obvium quemque caede sternendo, ad ipsas usque portas Carthaginis progressi sunt: tanta in eo stadiorum LXX.

ἑβδομήκοντα σταδίοις τοσοῦτος ὥστε εἰκάζειν τοὺς θεωμένους δισμυρίων πολεμίων τὸ ἔργον εἶναι.

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Γιβαμοῦνδός τε καὶ οἱ δισχίλιοι ἧκον ἐς πεδίον ἁλῶν, ὅπερ τεσσαράκοντα μὲν σταδίοις τοῦ Δεκίμου ἀπέχει ἐν ἀριστερᾷ ἐς Καρχηδόνα ἰόντι, ἀνθρώπων δὲ καὶ δένδρων καὶ ἄλλου ὁτουοῦν ἔρημόν ἐστι, τῆς τοῦ ὕδατος ἅλμης
B ἄλλο οὐδὲν ἐνταῦθα πλὴν τοὺς ἅλας ἐώσης γίγνεσθαι· ἔνθα δὴ τοῖς Οὔννοις περιπεπτωκότες ἀπώλοντο πάντες. ἦν δέ τις ἐν τοῖς Μασσαγέταις ἀνὴρ, ἀνδρείας μὲν καὶ ἰσχύος εὖ ἥκων, ὀλίγων δὲ ἡγούμενος ἀνδρῶν· οὗτος εἶχε γέρας ἐκ πατέρων τε καὶ προγόνων ἐν πᾶσι τοῖς Οὐννικοῖς στρατεύμασι πρῶτος ἐς τοὺς πολεμίους ἐσβάλλειν. οὐ γὰρ ἦν θεμιτὸν ἀνδρὶ Μασσαγέτῃ προτύψαντι ἐν μάχῃ τῶν τινα πολεμίων βαλεῖν, πρίν γε δή τινα ἐκ ταύτης τῆς οἰκίας ἐς τοὺς πολεμίους τῶν χειρῶν ἄρξαι. οὗτος ἀνὴρ, ἐπειδὴ τὰ στρατεύματα οὐ πόρρω ἀπ' ἀλλήλων ἐγένετο, ἐξελάσας
C τὸν ἵππον, τοῦ τῶν Βανδίλων στρατοπέδου μόνος ὡς ἐγγυτάτω ἔστη. οἱ δὲ Βανδίλοι, ἢ τὴν τοῦ ἀνδρὸς εὐψυχίαν καταπλαγέντες ἢ καί τι τοὺς πολεμίους ὑποτοπήσαντες ἐς αὐτοὺς μηχανᾶσθαι, οὔτε κινεῖσθαι οὔτε τὸν ἄνδρα βαλεῖν ἔγνωσαν. οἶμαι δὲ αὐτοὺς οὐπώποτε Μασσαγετῶν μάχην ἐν πείρᾳ ἔχοντας, ἀκούοντας δὲ κομιδῆ μάχιμον τὸ ἔθνος εἶναι, οὕτω δὴ κατορρωδῆσαι τὸν κίνδυνον. ἀναστρέψας δὲ ἐς τοὺς ὁμοφύλους ὁ ἄνθρωπος ἔλεξεν ὧδε, ὡς

3. χρόνον] τρόπον A: χρόνον inter versus. 7. τοὺς ἅλας] τοῦ ἅλας HL. 8. Οὔννοις] Οὔννοις P hic et alibi interdum: cum spiritu leni AHL. 13. βαλεῖν HmLm. λαβεῖν P. 19. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

spatio strage Vandalorum edita, ut illam spectantibus gessisse rem pugnatorum XX. M. viderentur.

Eodem tempore Gibamundus et, quos ducebat, bis mille, venerunt in campum salis, a Decimo stadiis XL. dissitum, positumque ad laevam euntis Carthaginem. Is domibus arboribusque vacuus ac plane desertus est, aquae salsugine nihil ibi aliud, nisi salem, sinente nasci. Hic illi in Hunnos cum incidissent, ad internecionem caesi sunt. Inter Massagetas quidam erat parvi agminis dux, magno vir animo et robore praeditus, qui paterno adeoque avito iure privilegium hoc habebat, ut in quovis Hunnorum exercitu primus hostem aggrederetur. Etenim nemini Massagetarum licebat hostium quemquam in acie prius ferire, quam aliquis ex ea domo et stirpe pugnam lacessivisset. Vir ille, cum essent in propinquo utraeque copiae, admisso equo, solus proxime Vandalorum aciem constitit. Verum hi nec movere se, nec telis hominem petere voluerunt; at sive eius audacia attoniti, sive paratas ab hoste insidias suspicati, haerebant. Eos opinor, cum Massagetarum arma nunquam essent experti, sed fama tantum accepissent gentem esse bellicosissimam,

ὁ θεὸς σφίσιν ἕτοιμον βρῶμα τοὺς ξένους τούσδε πέμψειεν. οὕτω δὴ ὡρμημένους αὐτοὺς οἱ Βανδίλοι οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλὰ λύσαντες τὴν τάξιν καὶ ἥκιστα ἐς ἀλκὴν ἰδόντες ἅπαντας αἰσχρῶς διεφθάρησαν.

ιθ'. Ἡμεῖς δὲ τῶν γεγονότων οὐδ' ὁτιοῦν πεπυσμένοι ἐπὶ D τὸ Δέκιμον ᾔειμεν. Βελισάριος δὲ χῶρον ἰδὼν ἐς στρατόπεδον ἱκανῶς πεφυκότα, πέντε καὶ τριάκοντα σταδίοις τοῦ Δεκίμου διέχοντα, χαράκωμά τε αὐτῷ περιέβαλλεν εὖ μάλα πεποιημένον καὶ τοὺς πεζοὺς ἅπαντας ἐνταῦθα καταστησάμενος ἅπαν τε ξυγκαλέσας τὸ στράτευμα ἔλεξε τοιάδε „Ὁ μὲν τῆς ἀγωνίας καιρὸς, H 114 ἄνδρες συστρατιῶται, ἤδη πάρεστιν· αἰσθάνομαι γὰρ προσιόντας ἡμῖν τοὺς πολεμίους· τὰς δὲ ναῦς ὡς πορρωτάτω ἡμῶν ἡ τοῦ τόπου φύσις ἀπήνεγκε· περιέστηκε δὲ ἡμῖν ἡ τῆς σωτηρίας P 221 ἐλπὶς ἐν ταῖς χερσὶν οὖσα. οὐ γάρ ἐστιν οὐ πόλις φιλία, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ὀχύρωμα, ὅτῳ δὴ καὶ πιστεύσαντες τὸ θαρρεῖν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἕξομεν. ἀλλ' εἰ μὲν ἄνδρες ἀγαθοὶ γενοίμεθα, εἰκὸς ἂν εἴη κἂν περιέσεσθαι ἡμᾶς τῷ πολέμῳ τῶν ἐναντίων· ἢν δέ τι μαλακιζοίμεθα, λελείψεται ἡμῖν ὑπὸ Βανδίλοις γεγενημένοις διεφθάρθαι. καίτοι πολλὰ ἡμῖν πρὸς τὴν νίκην ἐφόδιά ἐστι· τό τε δίκαιον, μεθ' οὗ πρὸς τοὺς δυσμενεῖς ἥκομεν (τὰ γὰρ ἡμέτερα αὐτῶν κομιούμενοι πάρεσμεν) καὶ τὸ τῶν Βανδίλων ἐς τὸν σφῶν αὐτῶν τύραννον ἔχθος. ἥ τε γὰρ τοῦ θεοῦ ξυμμαχία τοῖς

1. ὁ θεὸς L. ὁ om. P. *ibid.* βρῶμα LHm. βρῶσιν P. 6. ἐς τὸ P. τὸ om. L. 9. ἅπαν τε L. ἅπαν δὲ P. 16. γενοίμεθα L a m. sec. et Pm. γενώμεθα P.

discrimen expavisse. Reversus ad populares suos Massageta exclamat, sibi missos a Deo esse externos illos, tanquam ferculum iam paratum. Eorum certe impetum Vandali non sustinuerunt, at soluta acie, abiectaque omni virtutis cogitatione, ad unum turpiter deleti sunt.

19. Nos vero rei gestae prorsus ignari, Decimum petebamus: quando locum castris idoneum, qui inde stadiis xxxv. distabat, nactus Belisarius, eum optime vallavit, omnique peditatu hic collocato, atque universo convocato exercitu, ita dixit. *Adest, commilitones, adest dimicationis tempus: hostem audio appropinquare, dum situs loci classem a nobis longissime amotam distinet. Quare in manibus nostris residet salutis spes: urbs enim nulla amica nobis, nullum est munimentum, cuius fiducia freti simus. At si rem fortiter geramus, adversarios, ut proximum vero est, debellabimus: sin remisse ac molliter, nos a Vandalis victos miserrimus interitus manet. Quamquam nobis multa ad victoriam instrumenta suppetunt: in primis aequitas causae, qua nixi hostem invadimus, nostra videlicet recepturi: deinde odium, quo Vandali a suo tyranno dissident. Unde autem stat ius, inde etiam Deus stare solet, et*

τὰ δίκαια προτεινομένοις προσγίνεσθαι πέφυκε καὶ στρατιώτης V 375 τῷ κρατοῦντι δύσνους ἀνδραγαθίζεσθαι οὐκ ἐπίσταται. χωρὶς B δὲ τούτων ἡμεῖς μὲν Πέρσαις τε καὶ Σκύθαις τὸν ἅπαντα ὡμιλήσαμεν χρόνον, οἱ δὲ Βανδίλοι, ἐξ ὅτου Λιβύης ἐκράτησαν, οὐδένα πολέμιον ὅτι μὴ γυμνοὺς Μαυρουσίους τεθέανται. τίς δὲ οὐκ οἶδεν ὡς ἔργου παντὸς μελέτη μὲν ἐς ἐμπειρίαν, ἀργία δὲ ἐς ἀμαθίαν φέρει; τὸ μὲν χαράκωμα οὖν, ὅθεν ἡμᾶς τὸν πόλεμον διαφέρειν δεήσει, ὡς ἄριστα ἡμῖν πεποιῆσθαι ξυμβαίνει. πάρεστι δὲ ἡμῖν τά τε ὅπλα καὶ τἄλλα πάντα, ὅσα φέρειν οὐχ οἷοί τε ἐσμέν, ἐνταῦθα καταθεμένοις ἰέναι, καὶ ἀναστρέψαντας ἂν ἐνθάδε ἡμᾶς τῶν ἐπιτηδείων οὐδὲν ἐπιλείποι. εὔχομαι δὲ ὑμῶν ἕκαστον τῆς τε οἰκείας ἀρετῆς καὶ τῶν κατὰ τὸν οἶκον ἀναμνησθέντα οὕτω δὴ καταφρονήματι ἐπὶ τοὺς πολεμίους χωρεῖν."

C Τοσαῦτα εἰπὼν Βελισάριος καὶ ἐπευξάμενος τήν τε γυναῖκα καὶ τὸ χαράκωμα τοῖς πεζοῖς ἀπολιπὼν αὐτὸς μετὰ τῶν ἱππέων ἁπάντων ἐξήλασεν. οὐ γάρ οἱ ἐφαίνετο ἐν τῷ παρόντι ξύμφορον εἶναι τῷ παντὶ διακινδυνεῦσαι στρατῷ, ἀλλὰ ξὺν τοῖς ἱππεῦσι πρῶτον ἀκροβολισαμένῳ καὶ ἀποπειρασαμένῳ τῆς τῶν πολεμίων δυνάμεως οὕτω δὴ τῷ ὅλῳ στρατεύματι διαμάχεσθαι. στείλας οὖν ἔμπροσθεν τοὺς τῶν φοιδεράτων ἄρχοντας, σὺν τῷ ἄλλῳ στρατῷ καὶ τοῖς οἰκείοις δορυφόροις τε καὶ ὑπασπισταῖς αὐτὸς εἵπετο. ἐπεὶ δὲ οἱ φοιδερᾶτοι ξὺν τοῖς ἡγεμόσιν ἐγένοντο ἐν τῷ Δεκίμῳ, ὁρῶσι τοὺς τῶν πεπτωκότων νεκρούς, δώδεκα μὲν ἑταίρους τῶν μετὰ Ἰωάννου, πλησίον δὲ αὐτῶν Ἀμμάταν καὶ

6. οἶδεν L. εἶδεν P. 22. οἱ φοιδερᾶτοι] φοιδεράτοι P.

miles erga principem male animatus exercere virtutem nescit. Praeterea cum Scythis ac Persis rem semper habuimus: Vandali, ex quo Africam obtinuere, hostem, praeter Mauros nudos, nullum viderunt. Quem vero fugit, in quovis opere exercitatione gigni peritiam, segnitie inscitiam confirmari? Porro vallum, unde nobis ad bellum exeundum erit, optime communivimus. Repositis hic armamentis caeterisque inhabilibus ad ferendum, erumpere commode possumus: huc reversis nihil rei cibariae deerit. Faxit deus ut quisque vestrum suae virtutis ac domesticae laudis memor, hostem generose contemptum invadat.

Haec effatus precatusque Belisarius, cum uxorem et castra peditum fidei commisisset, ipse omnem equitatum eduxit. Neque enim expedire tum visum est collatis viribus periclitari, sed prius equestri velitatione tentandum quid posset hostis, ac demum tota opum vi pugnandum censuit. Ergo praemissis foederatorum ducibus, ipse cum reliquis turmis suoque satellitio sequebatur. Ubi Decimum foederati cum suis ducibus attigere, caesos vident eorum, quos Ioannes ducebat, sodales XII. iuxtaque hos Ammatam et Vandalos aliquot. Rem gestam edocti plane ab in-

Βανδίλων τινάς. παρὰ δὲ τῶν ταύτῃ ᾠκημένων τὸν πάντα λόγον ἀκούσαντες ἤσχαλλον, ἀπορούμενοι ὅπῃ αὐτοῖς χωρητέα εἴη. ἔτι δὲ αὐτῶν ἀπορουμένων καὶ ἀπὸ τῶν λόφων ἅπαντα περισκοπουμένων τὰ ἐκείνῃ χωρία, κονιορτός τε ἀπὸ μεσημβρίας ἐφαίνετο καὶ μικρὸν ὕστερον Βανδίλων ἱππέων πάμπολυ χρῆμα. καὶ πέμπουσι μὲν ὡς Βελισάριον, ὡς τάχιστα ἥκειν αἰτοῦντες, ἅτε δὴ σφίσιν ἐγκειμένων τῶν πολεμίων. τῶν δὲ ἀρχόντων αἱ γνῶμαι δίχα ἐφέροντο. οἱ μὲν γὰρ ἠξίουν τοῖς ἐπιοῦσιν ὁμόσε ἰέναι, οἱ δὲ οὐκ ἀξιόχρεων σφίσιν ἐς τοῦτο ἔφασκον εἶναι τὴν δύναμιν. ταῦτα δὲ αὐτοῖς ἐς ἀλλήλους φιλονεικοῦσιν οἱ βάρβαροι ἀγχοῦ ἐγένοντο, ἡγουμένου αὐτοῖς Γελίμερος καὶ ὁδῷ χρησαμένου μεταξὺ ἧς τε Βελισάριος εἶχε καὶ ἧς οἱ Μασσαγέται ἧκον οἱ Γιβαμούνδῳ συμμίξαντες. λοφώδεις δὲ χῶροι ἐφ᾽ ἑκατέροις ὄντες οὔτε τὸ Γιβαμούνδου πάθος ἰδεῖν οὔτε τὸ Βελισαρίου χαράκωμα P 222 ξυνεχώρησαν, οὐ μὴν οὐδὲ τὴν ὁδὸν, ἣν οἱ ἀμφὶ Βελισάριον ἐπορεύοντο. ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ ἀλλήλων γεγόνασιν, ἔρις στρατιᾷ ἑκατέρᾳ ἐνέπεσεν, ὁπότεροι τοῦ πάντων ὑψηλοτάτου τῶν ἐκείνῃ λόφων κρατήσουσιν. ἐδόκει γὰρ ἐνστρατοπεδεύσασθαι ἐπιτήδειος εἶναι, καὶ αὐτοὶ ἑκάτεροι ἐνθένδε ᾕρουντο τοῖς πολεμίοις ἐς χεῖρας ἰέναι. προτερήσαντες δὲ οἱ Βανδίλοι τόν τε λόφον καταλαμβάνουσιν ὠθισμῷ χρησάμενοι καὶ τρέπονται τοὺς πολεμίους, ἤδη φοβεροὶ αὐτοῖς γεγονότες. φεύγοντες δὲ Ῥωμαῖοι ἐς χωρίον ἀφικνοῦνται σταδίους ἑπτὰ τοῦ Δεκίμου ἀπέχον, ἔνθα δὴ Οὐλίαριν τὸν Βελισαρίου δορυφόρον ξὺν ὑπασπισταῖς ὀκτακοσίοις τετύχη-

14. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P.

colis, secum indignabantur, ignari quo tenderent. Hoc in aestu, dum ex editis tumulis omnem viciniam circumspiciunt, apparet ad australem plagam pulveris nebula, mox et ingens Vandalorum equitum numerus. Nec mora: Belisario mittunt, ut imminente iam hoste advolet. Ducum sententiae bifariam scissae erant: cum hi Vandalo occurrere adventanti vellent, illi satis virium sibi esse negarent. Inter has altercationes, appropinquabant Barbari, duce Gelimere, viam insistente mediam inter Belisarium et Massagetas, qui Gibamundum congressu fuderant. At crebri utrinque tumuli non modo cladis Gibamundi prospectum eripiebant, sed castrorum etiam Belisarii, immo et viae, qua hic pergebat. Ut in proximo fuerunt geminae acies, certatim aspirarunt ad collem, qui omnium maxime eminebat, et sedem castris commodam offerre videbatur: unde etiam utrisque deliberatum erat hostem impetere. Verum praegressi Vandali fastigium occupant, et adversarios trudendo in fugam vertunt, iam terrore illis incusso. Fugientes Romani procul Decimo stadiis VII. eo perveniunt, ubi cum scutigeris DCCC. erat Uliaris stipator hastatus Belisarii. Nemo non sibi persuadebat Uliarin, ubi illos rece-

B κεν εἶναι. πάντες δὲ ᾤοντο ὡς σφᾶς οἱ ἀμφὶ τὸν Οὐλίαριν δε-
ξάμενοι στήσονταί τε καὶ ξὺν αὐτοῖς ὁμόσε ἐπὶ τοὺς Βανδίλους
χωρήσουσιν· ἀλλ' ἐπεὶ ἅμα ἐγένοντο, παρὰ δόξαν ἤδη ξύμπαν-
τες ἀνὰ κράτος τε ἔφευγον καὶ δρόμῳ τὴν ἐπὶ Βελισάριον ᾔεσαν.
Ἐνθένδε οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὅ τι ποτε παθὼν Γελίμερ, ἐν ταῖς
H 115 χερσὶν ἔχων τὸ τοῦ πολέμου κράτος, ἐθελούσιος αὐτὸ τοῖς πολε-
μίοις μεθῆκε, πλὴν εἰ μὴ ἐς τὸν θεὸν καὶ τὰ τῆς ἀβουλίας ἀνα-
φέρειν δεήσει, ὃς, ἡνίκα τι ἀνθρώπῳ ξυμβῆναι βούλεται φλαῦ-
ρον, τῶν λογισμῶν ἁψάμενος πρῶτον οὐκ ἐᾷ τὰ ξυνοίσοντα ἐς
βουλὴν ἔρχεσθαι. εἴτε γὰρ τὴν δίωξιν εὐθυωρὸν ἐποιήσατο,
C οὐδ' ἂν αὐτὸν ὑποστῆναι Βελισάριον οἶμαι, ἀλλ' ἄρδην ἅπαντα
ἡμῖν διαφθαρῆναι τὰ πράγματα· τοσοῦτον δὴ τό τε τῶν Βανδί-
λων πλῆθος τό τε αὐτῶν κατὰ Ῥωμαίων δέος ἐφαίνετο· εἴτε καὶ
Καρχηδόνος εὐθὺ ἤλασε, τούς τε ξὺν Ἰωάννῃ εἰπετῶς ἂν ἅπαν-
τας ἔκτεινεν, οἵ γε κατὰ ἕνα καὶ δύο ἀφροντιστήσαντές τε καὶ
περιπάτους ἐν τῷ πεδίῳ ποιούμενοι τοὺς κειμένους ἐσύλων. καὶ
τὴν πόλιν ξὺν τοῖς χρήμασι διασωσάμενος τῶν τε ἡμετέρων νεῶν
V 376 οὐ πόρρω ἀφικομένων ἐκράτει καὶ ὅλην ἡμῖν ἀνέστελλε τοῦ τε
ἀπόπλου καὶ τῆς νίκης ἐλπίδα. ἀλλὰ γὰρ ἔπραξε τούτων οὐδέ-
τερα. βάδην δὲ κατιὼν ἐκ τοῦ λόφου, ἐπεὶ ἐν τῷ ὁμαλεῖ ἐγέ-
νετο καὶ τἀδελφοῦ τὸν νεκρὸν εἶδεν, ἔς τε ὀλοφύρσεις ἐτράπετο
D καὶ τῆς ταφῆς ἐπιμελόμενος οὕτω δὴ τοῦ καιροῦ τὴν ἀκμὴν ἠμ-

7. ἐς L. εἰς P. 8. ξυμβῆναι βούλεται] βούληται ξυμβαίνειν Hm. „βούληται Reg." Malt. 15. τε om. A. 21. εἶδεν L. οἶδεν P.

pisset, staturum, quin etiam coniuncte processurum in Vandalos. At statim ut permisti sunt, praeter opinionem arrepta fuga, quantum pedibus valebant, recta omnes ad Belisarium contenderunt.

Quid causae deinde fuerit cur Gelimer, cum victoriam haberet in manibus, eam hosti sponte dimiserit, explicare non queo: nisi dicam ipsam quoque imprudentiam referendam ad deum esse, qui casum alicui adversum destinans, prius mentem illius praepedit, nec utile consilium inire sinit. Ille certe si protinus insecutus esset fugientes, cessisset ipse, meo quidem iudicio, Belisarius, resque omnes nostrae pessum ivissent: tantus Vandalorum exercitus, tanta Romanorum trepidatio esse videbatur. Quod si etiam recta Carthaginem properasset, eos, qui cum Ioanne erant, facile delevisset, cum vel singuli separate, vel bini simul spatiarentur in campo securi, et quos straverant, spoliarent. Quin urbe et gaza servatis, haud longe positas naves nostras cepisset, spemque omnem cum navigationis tum victoriae nobis incidisset. At neutrum fecit. Nam colle in planitiem pedetentim degressus, conspecto fratris cadavere, se ad lamenta convertit, tempusque et curam ponens in eo tumulando, occasionem excidere passus est, quam arripere nunquam am-

βλυνεν, ἧς γε οὐκέτι ἀντιλαβέσθαι ἐδύνατο. τοῖς δὲ φεύγουσι Βελισάριος ἀπαντήσας στῆναι κελεύει, κοσμίως τε ἅπαντας διατάξας καὶ πολλὰ ὀνειδίσας, ἐπειδὴ τήν τε Ἀμμάτα τελευτὴν ἤκουσε καὶ τὴν Ἰωάννου μεμάθηκε δίωξιν καὶ περὶ τοῦ χωρίου καὶ τῶν πολεμίων ἐπύθετο ὅσα ἐβούλετο, δρόμῳ ἐπὶ Γελίμερά τε καὶ Βανδίλους ἐχώρει. οἱ δὲ βάρβαροι ἄτακτοί τε καὶ ἀπαράσκευοι ἤδη γεγονότες ἐπιόντας αὐτοὺς οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλὰ φεύγουσιν ἀνὰ κράτος, πολλοὺς ἐνταῦθα ἀποβαλόντες, καὶ ἡ μάχη ἐτελεύτα ἐς νύκτα. ἔφευγον δὲ οἱ Βανδίλοι οὐκ ἐς Καρχηδόνα P 223 οὐδὲ ἐς Βυζάκιον, ὅθενπερ ἧκον, ἀλλ' ἐπὶ τὸ Βούλλης πεδίον καὶ τὴν ἐς Νουμίδας ὁδὸν φέρουσαν. οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Ἰωάννην καὶ οἱ Μασσαγέται περὶ λύχνων ἁφὰς ἐς ἡμᾶς ἀναστρέψαντες καὶ ἅπαντα τὰ ξυμβεβηκότα μαθόντες τε καὶ ἀγγείλαντες ξὺν ἡμῖν ἐν Δεκίμῳ διενυκτέρευσαν.

κ'. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τῶν πεζῶν ἅμα τῇ Βελισαρίου γυναικὶ B παραγενομένων ξύμπαντες τὴν ἐπὶ Καρχηδόνα ἐπορευόμεθα, ἔνθα δὴ περὶ δείλην ὀψίαν ἥκοντες ηὐλισάμεθα, καίτοι ἐκώλυεν οὐδεὶς ἐς τὴν πόλιν αὐτίκα ἐσελάσαι. οἵ τε γὰρ Καρχηδόνιοι τὰς πύλας ἀνακλίναντες λύχνα ἔκαιον πανδημεὶ καὶ ἡ πόλις κατελάμπετο τῷ πυρὶ τὴν νύκτα ὅλην ἐκείνην, καὶ τῶν Βανδίλων οἱ ἀπολελειμμένοι ἐν τοῖς ἱεροῖς ἱκέται ἐκάθηντο. ἀλλὰ Βελισάριος διεκώλυσε τοῦ μήτε ἐνέδραν σφίσι πρὸς τῶν πολεμίων γενέσθαι μήτε τοῖς στρατιώταις ἄδειαν εἶναι, ἅτε ἐν νυκτὶ λανθάνουσιν,

10. Βούλλης] Vulgo Βούλης. *Bulae* RV. Conf. p. 232 a. 233 b. 272 b.

fertis, in eos armati, qui vestra offensi calamitate et fraudibns quas patimini, adversus Imperatorem et Romanos arma vertere decreverunt. Num obliti estis, negata vobis, quae iamdiu debentur, stipendia, ereptaque hostium spolia, quibus lex belli superata praeliorum pericula remuneratur? Alii victoriae fructibus gaudere semper volunt ac triumphare; vos in famulorum ordinem redacti sequimini. Iam si mihi succensetis, en licet in corpus hoc iram exerere, sine ullo in alium quemquam piaculo. Si nihil est, quod de me conqueramini, iam tempus est causam communem armis tueri. **Haec locuto Stozae, assensi sunt milites, et salutatione summam benevolentiam significarunt. Quo viso, tacite se subducunt duces, et in Gazophylorum templum perfugiunt. Stozas utroque in unum collecto exercitu, eos insequitur, ac deprehensos in templo, contra datam fidem, omnes interficit.**

16. De his certior factus Imperator Germanum, fratris sui filium, e Patriciorum ordine, cum exiguo comitatu misit. Eum Symmachus et Domnicus, senatores ambo, sequebantur; ille quidem Praefecturam et quaesturam castrensem gesturus, hic vero Magister futurus peditum: iam enim qui hoc munere fungebatur, morbo Ioannes obierat. Carthaginem

ἤδη νοσήσας, ᾧ δὴ ἐπέκειτο ἡ τιμὴ αὕτη. ἐπειδή τε ἐς Καρ-
χηδόνα κατέπλευσαν, τούς τε παρόντας σφίσι στρατιώτας ὁ Γερ-
μανὸς ἠρίθμει καὶ τῶν γραμματέων ἀναλεγόμενος τὰ βιβλία, οὗ
πάντα ἀναγέγραπται τῶν στρατιωτῶν τὰ ὀνόματα, εὕρισκε τὸ
μὲν τριτημόριον τοῦ στρατοῦ ἔν τε Καρχηδόνι καὶ ταῖς ἄλλαις
πόλεσιν ὄν, τοὺς δὲ ἄλλους ἅπαντας τῷ τυράννῳ ἐπὶ Ῥωμαίους C
ξυντεταγμένους. μάχης μὲν οὖν διὰ ταῦτα οὐκ ἦρχε, τοῦ δὲ
στρατοπέδου ἐπεμελεῖτο ὡς μάλιστα. λογισάμενός τε ὡς τῶν πο-
λεμίων ξυγγενεῖς, ἢ ὁμοσκήνους, τοὺς ἐν Καρχηδόνι ἀπολελειμ-
μένους ξυμβαίνει εἶναι, ἄλλα τε πολλὰ ἐπαγωγὰ πᾶσιν ἐφθέγγετο
καὶ σταλῆναι πρὸς βασιλέως ἐς Λιβύην αὐτὸς ἔφασκεν, ἐφ' ᾧ
ἠδικημένοις μὲν στρατιώταις ἀμυνεῖ, κολάσει δὲ τοὺς ἀδικίας τι-
νὸς ἐς αὐτοὺς ἄρξαντας. ἅπερ οἱ στασιῶται πυνθανόμενοι κατ'
ὀλίγους αὐτῷ προσχωρεῖν ἤρχοντο. καὶ αὐτοὺς ὁ Γερμανὸς τῇ
τε πόλει ξὺν φιλοφροσύνῃ ἐδέχετο καὶ τὰ πιστὰ δοὺς ἐν τιμῇ εἶχε,
τάς τε ξυντάξεις αὐτοῖς τοῦ χρόνου ἐδίδου, καθ' ὃν ἐπὶ Ῥω- D
μαίους ἐν ὅπλοις ἦσαν. ἐπεὶ δὲ ὁ περὶ τούτων λόγος περιφερό-
μενος ἐς ἅπαντας ἦλθε, κατὰ πολλοὺς ἤδη τοῦ τυράννου ἀπο-
τασσόμενοι ἐς Καρχηδόνα ἐσήλαυνον. καὶ τότε δὴ Γερμανὸς ἐξ
ἀντιπάλου τῆς δυνάμεως ἔσεσθαί οἱ πρὸς τοὺς ἐναντίους τὴν μά-
χην ἐλπίσας τὰ ἐς τὴν παράταξιν ἐξηρτύετο.

Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Στότζας τοῦ μὲν κακοῦ ἤδη αἰσθόμενος, P 277
δεδιὼς δὲ μή οἱ καὶ πλειόνων στρατιωτῶν τῇ ἀποστάσει ἔτι μᾶλ-

12. ἀμυνεῖ] Vulgo ἀμύνει. 16. ξυντάξεις] συντάξεις L.

cum appulissent, milites, qui tum aderant, Germanus recensuit. Lectis deinde scribarum codicibus, in quos omnia relata erant militum nomina, nonnisi tertiam copiarum partem Carthagine et in aliis urbibus restare comperit, caeteros tyranno in Romanos militare. Ea de causa dilato praelio, curam exercitui reficiendo impendit. Ubi vero residuos Carthagine milites partim propinquos, partim contubernales hostium esse intellexit, cum alia multa ipsis blandimenta dedit, tum id quoque dixit, se ab Augusto missum in Africam, ut oppressis militibus afferret opem, eorumque oppressoribus poenas imponeret. Qua de re moniti factiosi, dilabi paulatim, seque ad eius ductum applicare coeperunt. Quibus et in urbem benevole, et in fidem honorifice acceptis, stipendia vel illius temporis, quo arma in Romanos tulerant, Germanus numeravit. Id postquam nuntiavit omnibus fama quoquoversum dispersa, turmatim a tyranno desciscentes, Carthaginem properabant. Tum Germanus aequis viribus pugnaturum se sperans, quae ad praelium opus erant, expediit.

Interea Stozas, malo cognito, veritus ne maiori suorum defectione magis imminueretur exercitus, ferro experiri quamprimum, et praecipi-

λον τὸ στράτευμα ἐλασσοῦσθαι ξυμβαίη, διακινδυνεύειν τε ἐν τῷ παραυτίκα ἠπείγετο καὶ τοῦ πολέμου ὀξύτερον ἀντιλαμβάνεσθαι. καὶ ἦν γάρ τις αὐτῷ ἐκ τῶν ἐν Καρχηδόνι στρατιωτῶν ἐλπὶς ἀποστάσεως πέρι, ᾤετό τε αὐτοὺς, ἤν που σφίσιν ἄγχιστα γένηται, πόνῳ οὐδενὶ αὐτομολήσειν, ἐς πάντας τὴν ἐλπίδα ἐξενεγκών· ταύτῃ τε αὐτοὺς μάλιστα ἐπιρρώσας παντὶ τῷ στρατῷ κατὰ τάχος ἐπὶ Καρχηδόνα ᾔει. γενόμενός τε αὐτῆς ἄπο σταδίων πέντε καὶ τριάκοντα, ἐστρατοπεδεύσατο τῆς θαλάσσης οὐ μακρὰν
B ἄποθεν, καὶ Γερμανὸς ἅπαν ἐξοπλίσας τὸ στράτευμα διατάξας ὡς ἐς μάχην ἐξῆγε. καὶ ἐπεὶ τῆς πόλεως ἔξω ἐγένοντο, ἠκηκόει γὰρ ὅσα ἐν ἐλπίδι ὁ Στότζας εἶχε, συγκαλέσας ἅπαντας ἔλεξε
H 148 τοιάδε ,,Ὡς μὲν οὐδὲν ἂν δικαίως, ὦ ξυστρατιῶται, βασιλεῖ μέμψεσθε οὐδέ τι αἰτιάσεσθε τῶν ἐς ὑμᾶς αὐτῷ πεπραγμένων,
V 414 οὐδεὶς ἂν, οἶμαι, τῶν πάντων ἀντείποι· ὅς γε ὑμᾶς ἐξ ἀγροῦ ἥκοντας σύν τε τῇ πήρᾳ καὶ χιτωνίσκῳ ἐνὶ ξυναγαγὼν ἐς Βυζάντιον τηλικούσδε εἶναι πεποίηκεν ὥστε τὰ Ῥωμαίων πράγματα νῦν ἐφ' ὑμῖν κεῖσθαι. ὡς δὲ οὐ περιυβρίσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πάντων δεινότατα παρ' ὑμῶν αὐτῶν πεπονθέναι τετύχηκε, ξυνε-
C πίστασθε καὶ ὑμεῖς δήπουθεν. ὧν δὴ τὴν μνήμην ὑμῖν ἐς ἀεὶ βουλόμενος διασώζεσθαι τὰς τῶν ἐγκλημάτων αἰτίας ἀφῆκεν, ὄφλημα τοῦτό γε αὐτῷ μόνον ὀφείλεσθαι παρ' ὑμῶν ἀξιῶν, τὴν ὑπὲρ τῶν πεπραγμένων αἰσχύνην. ταύτῃ τοίνυν ἡγμένους ὑμᾶς

1. ξυμβαίη L. ξυμβαίνῃ P. 4. πέρι] περὶ L. 7. ἄπο] ἀπὸ HL. ἄπω Hoeschelius in annot. 13. μέμψεσθε] μέμψησθε P. *ibid.* ὑμᾶς] ἡμᾶς HL: illud Hoeschelius in annot. 17. περιυβρίσθαι] περιυβρίζεσθαι LHm.

tantem belli occasionem arripere contendebat. Spem enim habebat aliquam, fore ut milites, qui Carthagine erant, deficerent, ac si propius accederet, eos facile ad se transituros putabat. Qua spe in vulgus prolata, cum suorum animos firmasset, omnibus succinctus copiis Carthaginem advolavit, nec procul a mari, in loco, qui stadiis xxxv. ab urbe distat, metatus est. Germanus milites arma iussit omnes induere, instructosque ad pugnam eduxit. Et quoniam quae Stozae spes esset audierat, extra urbem pro concione sic verba fecit. *Id omnes mihi, ut equidem arbitror, assentientur, nihil esse, quod iure de Imperatore queramini, commilitones, neque eorum quidquam, quae vobis fecit, expostulationem mereri. Vos ille ex agro cum pera tuniculaque una profectos Byzantii collegit, eoque provexit, ut rem Romanam in vestris modo manibus habeatis. Ipsi autem conscii vobis estis, vos pro his contumelias et gravissimas quasque iniurias rependisse Augusto: quarum semper memores non alia vos ratione vult facere, quam venia admissorum; nihil a vobis exigens, nisi conceptum ex his pudorem: quo, ut decet, impulsi vos ad officia fidei referatis, et pristinam ingrati animi culpam emende-*

μεταμανθάνειν τε τὴν πίστιν εἰκὸς καὶ τὴν πρόσθεν ἀγνωμοσύνην ἐπανορθοῦν. μετάμελος γὰρ ἐν δέοντι τοῖς ἐπταικόσιν ἐπιγιγνόμενος συγγνώμονας αὐτοῖς τοὺς ἠδικημένους ποιεῖν εἴωθεν, ὑπουργία τε εἰς καιρὸν ἐλθοῦσα τὸ τῶν ἀχαρίστων ὄνομα μεταβάλλειν φιλεῖ. εὖ δὲ ὑμᾶς δεήσει κἀκεῖνο εἰδέναι, ὡς, ἢν ἐν τῷ παρόντι εὖνοι μάλιστα βασιλεῖ γένησθε, οὐδεμία τοῖς προλαβοῦσι λελείψεται μνήμη. πᾶσα γὰρ πρᾶξις πέφυκεν ἀεὶ τοῖς D ἀνθρώποις ἐκ τῆς καταστροφῆς ὀνομάζεσθαι· ἁμάρτημά τε γεγονὸς ἅπαξ ἀποίητον μὲν οὐδ' ἂν ἐν χρόνῳ τῷ παντὶ γένοιτο, ἐπανορθωθὲν δὲ πράξεσι τῶν αὐτὸ εἰργασμένων ἀμείνοσιν εὐπρεποῦς τε τῆς σιωπῆς ἐπιτυγχάνει καὶ ἐς λήθην ὡς τὰ πολλὰ περιίσταται. καίτοι, ἢν μὲν ὀλιγωρίᾳ τινὶ ἐς τούτους δὴ τοὺς καταράτους τὰ νῦν χρήσησθε, ὕστερον δὲ πολλοὺς πολέμους ὑπὲρ Ῥωμαίων ἀγωνιζόμενοι τὸ κατὰ τῶν πολεμίων πολλάκις ἀναδήσησθε κράτος, οὐκ ἂν ἔτι ὁμοίως ἀνθυπουργηκέναι βασιλεῖ δόξαιτε. οἱ γὰρ ἐν αὐτοῖς εὐδοκιμοῦντες οἷς ἥμαρτον εὐπρεπεστέραν τὴν ἀπολογίαν ἐς ἀεὶ φέρονται. τὰ μὲν οὖν ἐς βασιλέα ταύτῃ πῃ λογιζέσθω ὑμῶν ἕκαστος. ἐγὼ δὲ οὔτε ἀδικίας τινὸς εἰς ὑμᾶς ἄρξας, ἐνδειξάμενός τε πάσῃ δυνάμει τὴν εἰς ὑμᾶς εὔνοιαν, καὶ τανῦν καθιστάμενος ἐς κίνδυνον τόνδε, τοσοῦτον αἰτεῖσθαι P. 278 ἅπαντας ἔγνωκα· μηδεὶς ξὺν ἡμῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους παρὰ γνώμην χωρείτω. ἀλλ' εἴ τῳ ὑμῶν ἐκείνοις ἤδη βουλομένῳ ἐστὶ ξυντάττεσθαι, μηδὲν μελλήσας ξὺν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τὸ τῶν ἐναντίων

15. δέξαιτε L. δόξετε P.

tis. Offensos mitigat, eorumque indulgentiam sontibus promeretur in loco edita poenitentia, et obsequii tempestivi ea vis est, ut turpe ingrati nomen honesto mutet. Vobis certe nullus dubitandi locus relinquitur, quin, si impense vos Augusto studere modo constiterit, praeterita culpa sempiternae oblivioni mandetur. Acta quaevis consentaneum exitui suo nomen apud homines nancisci solent. Infectum quidem fieri nequit, quod male semel factum est; id tamen si auctores melioribus factis pensaverint, honesto silentio tegitur, et plerumque oblivione conteritur voluntaria. Quod si iam adversus illam execrabilem turbam lente vos ac remisse geratis, atque alia deinde multa pro Romanis praelia facientes, multas victorias reportetis, non pari fide navasse Augusto operam videbimini. Illi certe se purgant melius, qui in eo ipso praeclare agunt, in quo ante peccaverant. Et ea quidem, quae ad Imperatorem spectant, ita quisque vestrum consideret. Ego vero, cum adeo non ulla vos iniuria lacessiverim, ut benevolentiam potius in vos meam omni ope probarim, iam acie dimicaturus, ab omnibus unum hoc petere statui, ut nemo invitus nobiscum hostem invadat; at si quis vestrum stare ab eo vult, sine mora cum armis ad castra adversa transeat, id solum nobis grati-

στρατόπεδον ἴτω, τοῦτο μόνον ἡμῖν χαριζόμενος, ὅτι οὐ λάθρα ἡμᾶς, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ἀδικεῖν ἔγνω. τούτου γὰρ ἕνεκα οὐκ ἐν Καρχηδόνι, ἀλλ' ἐν μεταιχμίῳ γενόμενος τοὺς λόγους ποιοῦμαι, ὅπως ἂν μηδενὶ αὐτομολεῖν ἐς τοὺς ἐναντίους ἐθέλοντι ἐμπόδιος εἴην, παρὸν ἅπασι κινδύνου ἐκτὸς τὴν ἐς τὴν πολιτείαν B *ἐνδείκνυσθαι γνώμην.“ Γερμανὸς μὲν τοσαῦτα εἶπε. ταραχὴ δὲ πολλὴ ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατῷ γέγονεν, ἐπεὶ πρῶτος ἠξίου αὐτὸς ἕκαστος εὔνοιάν τε τὴν ἐς βασιλέα τῷ στρατηγῷ ἐπιδείξασθαι καὶ ὅρκους δεινοτάτους ὑπὲρ τούτων ὀμεῖσθαι.*

ιζ'. Χρόνον μὲν οὖν τινα ἑκάτεροι ἀλλήλοις ἀντικαθήμενοι ἔμενον. μετὰ δὲ οἱ στασιῶται οὐδὲν σφίσι παραχωροῦν ἐνορῶν- C *τες ὧν προὔλεγε Στότζας, ἔδεισάν τε, ἅτε τῆς ἐλπίδος παρὰ δόξαν ψευσθέντες, καὶ τὴν τάξιν διαλύσαντες ἀνεχώρησαν, ἔς τε Νουμίδας ἀπήλαυνον, οὗ δὴ αὐτοῖς αἵ τε γυναῖκες καὶ τῆς λείας χρήματα ἦσαν. ἔνθα καὶ ὁ Γερμανὸς παντὶ τῷ στρατῷ οὐκ ἐς μακρὰν ἦλθε, τά τε ἄλλα παρασκευασάμενος ὡς ἄριστα καὶ ἁμάξας πολλὰς τῷ στρατοπέδῳ ἐπαγόμενος. καταλαβών τε τοὺς ἐναντίους ἐν χωρίῳ, ὃ δὴ Καλλασβάταρας καλοῦσι Ῥωμαῖοι, τὰ ἐς τὴν παράταξιν ἐξηρτύετο τρόπῳ τοιῷδε. τὰς ἁμάξας μετωπηδὸν στήσας πεζοὺς πάντας κατ' αὐτὰς ἔταξεν, ὧν Δόμνικος ἦρχεν, ὅπως τὰ νῶτα ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἔχοντες θαρσήσουσι μᾶλλον. τῶν δὲ ἱππέων ἄνδρας τε ἀρίστους καὶ τοὺς ἐκ* D *Βυζαντίου σὺν αὐτῷ ἥκοντας αὐτὸς ἐν ἀριστερᾷ τῶν πεζῶν εἶχε,*

5. τὴν πολιτείαν L. τὴν om. P. 18. *Καλλασβάταρας*] καλλασβατάρας L: in margine Scaliger σκάλας βέτερες. *Calabastores* RV.

ficans, ut non occulte, sed palam iniuriam inferre velit. Idcirco enim vos in medio campo, non intra Carthaginis muros alloquor, ne cuiquam transfugium meditanti impedimentum afferam, sed cunctis potestas sit, suum in Remp. animum tuto declarandi. Hanc Germani orationem consecuta est magna Romani exercitus tumultuatio, cum quisque duci egregiam in Augustum voluntatem vel sacramento gravissimo testari primus eniteretur.

17. Cum e regione positi exercitus gemini aliquandiu stetissent, nec Stozae verbis exitum accedere cernerent factiosi, illos praeter opinionem spe lapsos timor invasit, solutaque acie in Numidiam retraxit, ubi coniuges et collectam ex praeda pecuniam reliquerant. Eodem paulo post Germanus cum omnibus copiis sese contulit, praeter caetera, quibus optime instructus erat, ingentem plaustrorum vim secum agens. Hostem assecutus ad Scalas veteres, ut Romani vocant, aciem ita disposuit. Obiectis hosti carrorum frontibus, peditatum omnem, cui Domnicus praeerat, ad illud munimentum locavit, ut a tergo tuti rem gererent animosius. A laeva peditatus stetit ipse cum lectissimis equitum, et qui Byzantio cum eo venerant: caeteros in cornu dextero, non in unum co-

τοὺς δὲ ἄλλους ἅπαντας ἐς κέρας τὸ δεξιὸν οὐ ξυντεταγμένους,
ἀλλὰ κατὰ λόχους τρεῖς μάλιστα ἔστησε. καὶ αὐτῶν Ἰλδίγερ μὲν
ἑνὸς ἡγεῖτο, ἑτέρου δὲ Θεόδωρος ὁ Καππαδόκης, τοῦ δὲ λειπο- V 415
μένου, μείζονος ὄντος, Ἰωάννης ὁ Πάππου ἀδελφὸς τέταρτος
αὐτός. οὕτω μὲν Ῥωμαῖοι ἐτάξαντο. οἱ δὲ στασιῶται ἀντί-
ξοοι μὲν αὐτοῖς ἔστησαν, οὐκ ἐν κόσμῳ μέντοι ταξάμενοι, ἀλλὰ H 149
βαρβαρικώτερον ἐσκεδασμένοι. εἵποντο δὲ αὐτοῖς οὐ μακρὰν
ἄποθεν Μαυρουσίων μυριάδες πολλαί, ὧν ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ
Ἰάβδας καὶ Ὀρταΐας ἦρχον, οὐ μέντοι ἅπαντες πιστοὶ τοῖς ἀμφὶ
τὸν Στότζαν ἐτύγχανον ὄντες, ἀλλὰ πολλοὶ παρὰ Γερμανὸν πέμ-
ποντες πρότερον ὡμολόγουν, ἐπειδὰν ἐν τῷ ἔργῳ γένωνται ξὺν P 279
τῷ βασιλέως στρατῷ, ἐπὶ τοὺς πολεμίους τετάξεσθαι. οὐ μὴν
αὐτοῖς πιστεύειν παντάπασιν ὁ Γερμανὸς εἶχεν, ἐπεὶ ἄπιστον φύ-
σει τὸ Μαυρουσίων γένος ἐστὶν ἐς πάντας ἀνθρώπους. διὸ δὴ
οὐδὲ ξὺν τοῖς στασιώταις ἐτάξαντο, ἀλλ' ὄπισθεν ἔμενον, καρα-
δοκοῦντες τὸ ἐσόμενον, ὅπως ξὺν τοῖς νικήσασι καὶ αὐτοὶ τὴν
δίωξιν ἐπὶ τοὺς ἡσσωμένους ποιήσωνται. Μαυρούσιοι μὲν τοιαύ-
τῃ γνώμῃ οὐκ ἀναμιγνύμενοι τοῖς στασιώταις ὄπισθεν εἵποντο.
Στότζας δὲ ἄγχιστά πη τῶν πολεμίων γενόμενος, ἐπειδὴ σημεῖον
τὸ Γερμανοῦ εἶδε, τοῖς παροῦσιν ἐγκελευσάμενος ἐπ' αὐτὸν ᾔει.
Ἔρουλοι δέ, ὅσοι στασιῶται ἀμφ' αὐτὸν τεταγμένοι ἐτύγχανον,
οὐδὲ εἵποντο, ἀλλὰ καὶ παντὶ σθένει ἐκώλυον, φάσκοντες οὐκ
εἰδέναι μὲν τὴν Γερμανοῦ δύναμιν, ὁποία ποτέ ἐστιν, ἐξεπί- B

4. τέταρτος αὐτός add. AH: om. P. Solum τέταρτος L: unde αὐτός uncis inclusum in H. 9. Ἰάβδας] ἰαύδας LHm. 11. ξὺν L. σὺν P. 12. τετάξεσθαι] τετάξασθαι HL. 17. τοιαύτῃ L. τῇ αὐτῇ P.

actos, sed in tria divisos agmina, statuit: quorum primum Ildiger, alterum Theodorus Cappadox, postremum, quod maius erat, Ioannes Pappi frater ducebat. Aciei Romanae ita instructae oppositi stabant factiosi, non locati ex ordine, sed more barbaro sparsi. Nec longe aberant multae Maurorum myriades, quibus, ut sileam complures alios, Iabdas atque Ortaias imperabant. Neque omnes pactam Stozae fidem servabant: iam enim multi per internuntios Germano promiserant, ubi praelium cum Caesarianis initum esset, staturos se contra hostem. His Germanus ut prorsus crederet, adduci non poterat, ob ingenitam Mauris in omnes perfidiam. Quamobrem seorsum post rebellium aciem constitere, exitum opperientes, ut victos cum victoribus insequerentur. Ac Mauris quidem de communi sententia constitutum erat, ut factiosos separate praeire sinerent. Stozas vero iam hosti proximus, simul Germani vexillum vidit, astantes hortatus, contra ire instituit. Qui circa illum aderant factionis participes Eruli, adeo non secuti sunt, ut totis viribus retinuerint, monentes, nescire ipsum, quantum Germanus polle-

στασθαι μέντοι ὡς οὐδαμοῦ σφίσιν ἀνθέξουσιν ὅσοι ἐς κέρας τὸ δεξιὸν τῶν πολεμίων ἐτάξαντο. ἢν μὲν οὖν ἐπ' ἐκείνους χωρήσειεν, αὐτοί τε οὐχ ὑποστάντες ἐς φυγὴν τρέψονται καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα, ὡς τὸ εἰκός, ξυνταράξουσιν· ἢν δέ γε σφᾶς ἀπωσάμενος Γερμανὸς τρέψηται, ἅπαντα σφίσι διαφθαρήσεται αὐτίκα δὴ μάλα τὰ πράγματα. τούτοις ὁ Στότζας ἀναπεισθεὶς τοὺς μὲν ἄλλους τοῖς ἀμφὶ Γερμανὸν μάχεσθαι εἴασεν, αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς ἀρίστοις ἐπί τε Ἰωάννην καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ τεταγμένους ᾔει. οἱ δὲ οὐχ ὑποστάντες κόσμῳ οὐδενὶ ἐς φυγὴν ὥρμηντο. οἵ τε στασιῶται πάντα μὲν αὐτῶν τὰ σημεῖα εὐθὺς ἔλαβον, φεύγοντας
C δὲ ἀνὰ κράτος ἐδίωκον, τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς πεζοὺς ἤλαυνον, ἤδη τε τὴν τάξιν ἐκλιπεῖν οἱ πεζοὶ ἤρξαντο. ἐν τούτῳ δὲ Γερμανὸς αὐτός τε τὸ ξίφος σπασάμενος καὶ ἅπαν τὸ ταύτῃ στράτευμα ἐς τοῦτο ὁρμήσας, πόνῳ τε πολλῷ τοὺς κατ' αὐτὸν στασιώτας ἐτρέψατο καὶ δρόμῳ ἐπὶ τὸν Στότζαν ἐχώρησε. τούτου δέ οἱ ἐνταῦθα τοῦ ἔργου καὶ τῶν ἀμφὶ Ἰλδίγερά τε καὶ Θεόδωρον ξυναραμένων, οὕτως ἀλλήλοις ἑκάτεροι ἀνεμίγνυντο, ὥστε διώκοντες οἱ στασιῶται τῶν τινας πολεμίων ὑφ' ἑτέρων καταλαμβανόμενοι ἔθνησκον. τῆς τε ξυγχύσεως ἐπὶ μέγα χωρούσης οἱ μὲν ἀμφὶ Γερμανὸν, ἔτι ὄπισθεν ἰόντες, ἔτι μᾶλλον ἐνέκειντο, οἱ δὲ στασιῶται ἐς πολὺ δέος ἐμπεπτωκότες οὐκέτι ἐς ἀλκὴν ἔβλεπον.
D ἔνδηλοι μέντοι οὐδέτεροι οὔτε σφίσιν αὐτοῖς οὔτε ἀλλήλοις ἐγίνοντο. μιᾷ τε γὰρ φωνῇ καὶ τῇ αὐτῇ τῶν ὅπλων σκευῇ οἱ πάν-

7. τοῖς] τοὺς HL. 10. τὰ σημεῖα L. τὰ om. P. *ibid.* φεύγοντας] φεύγοντες L. 19. ξυγχύσεως L. συγχύσεως P.

ret; pro certo se habere dextrum hostium cornu minime restiturum: eo si impetus fieret, inclinatum statim iri in fugam; inde procul dubio orituram caeterorum perturbationem: sin ipsi a Germano repulsi terga vertere cogerentur, momento res suas omnes funditus perituras. His Stozas evictus, certamen cum Germano alios inire sivit: ipse cum suorum flore Ioannem, eosque, qui cum ipso erant, adortus est. Illi impressione fracti, terga promiscue vertere: factiosi instare fugacibus, vexillis eorum omnibus statim potiti. Quidam etiam in peditatum invecti, iam eius ordines rumpebant, cum Germanus stricto gladio omnes cornu sui turmas compellens, obiectum sibi rebellium agmen labore multo disiecit, ac subinde in Stozam incurrit. Tum rem coniuncte aggressis Ildigere ac Theodoro, utrique ita se miscuere, ut, dum quosdam seditiosi insequerentur, ab aliis comprehensi, occubuerint. Cumque magis ac magis permiscerent sese, et implicarent, acrius a tergo Germanus premebat, sic, ut iam hostis gravi metu correptus, non se intenderet ad firmitatem. Nemo suos ab adversariis internoscebat, quod una omnes lingua, iisdemque armis uterentur, indiscreta etiam specie, habitu, caeterisque similes

τες ἐχρῶντο, οὔτε μορφῇ τινι οὔτε σχήματι οὔτε ἄλλῳ ὁτῳοῦν
διαλλάσσοντες. διὸ δὴ Γερμανοῦ γνώμῃ οἱ τοῦ βασιλέως στρα-
τοῦ, ὅτου ἂν λάβοιντο, ἐπυνθάνοντο ὅστις ποτὲ εἴη· ἔπειτα,
ἤν τις Γερμανοῦ στρατιώτης φήσειεν εἶναι, οὐκοῦν τὸ Γερμανοῦ
ξύμβολον ἐκέλευον λέγειν, τοῦτο δὲ εἰπεῖν οὐδαμῇ ἔχοντα εὐθὺς
ἔκτεινον. ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ τὸν Γερμανοῦ ἵππον τῶν τις πολε-
μίων λαθὼν ἔκτεινεν, αὐτός τε ὁ Γερμανὸς ἐς τὸ ἔδαφος ἐκπε-
σὼν ἐς κίνδυνον ἦλθεν, εἰ μὴ κατὰ τάχος οἱ δορυφόροι ἐσώσαν-
το, φραξάμενοί τε αὐτὸν καὶ ἀναβιβάσαντες ἐφ' ἕτερον ἵππον. P 280

Ὁ μὲν οὖν Στότζας ἐν τῷ θορύβῳ τούτῳ ξὺν ὀλίγοις τισὶ
διαφυγεῖν ἴσχυσε. Γερμανὸς δὲ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐγκελευσάμενος
εὐθὺ τοῦ πολεμίων στρατοπέδου ἐχώρησεν. ἐνταῦθά οἱ τῶν
στασιωτῶν ὑπηντίαζον ὅσοι τοῦ χαρακώματος ἐπὶ τῇ φυλακῇ ἐτε-
τάχατο. μάχης τε ἀμφὶ τὴν αὐτοῦ εἴσοδον καρτερᾶς γενομένης
παρ' ὀλίγον μὲν οἱ στασιῶται ἦλθον τοὺς ἐναντίους ἀπώσασθαι,
πέμψας δὲ ὁ Γερμανὸς τῶν οἱ ἑπομένων τινὰς κατ' ἄλλην ἀπο-
πειρᾶσθαι χώραν τοῦ στρατοπέδου ἐκέλευεν. οἳ δὴ οὐδενὸς
ταύτῃ ἀμυνομένου ἐντὸς τοῦ χαρακώματος ξὺν βραχεῖ πόνῳ ἐγέ- B
νοντο. οἵ τε στασιῶται κατιδόντες αὐτοὺς ἐς φυγὴν ὥρμηντο,
καὶ Γερμανὸς παντὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐπεπήδησεν ἐς τὸ τῶν πολε- V 416
μίων στρατόπεδον. ἐνταῦθα τὰ χρήματα οἱ στρατιῶται οὐδενὶ
πόνῳ ἁρπάζοντες οὔτε τοὺς ἐναντίους ἐν λόγῳ ἐποιοῦντό τινι H 150
οὔτε τοῦ στρατηγοῦ ἐγκελευομένου ἔτι κατήκουον, παρόντων χρη-

1. οὔτε — οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ — οὐδὲ P. 11. αὐτὸν] αὑτὸν P. 12. ἐχώρησεν] ἐχώρησαν P. 22. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 23. τοῦ στρατηγοῦ L. Aberat τοῦ.

essent. Quapropter, auctore Germano, quemcunque Caesariani caperent, quis esset interrogabant. Si quis Germani se militem diceret, Germani tesseram proferre iubebant; si nesciret, illico mactabant. Tum hostium quidam furtivo ictu confecit equum Germani; qui collapsus in periculum venisset, nisi protectores ocius circumfusi ipsum servassent, armis vallando et in alterum tollendo equum.

In eo tumultu Stozas effugium nactus, cum paucis sese proripuit. Germanus suos verbis excitans, recta ad hostium castra contendit. Hic effusis obviam cunctis valli custodibus, acriter pro aditu pugnatum est, nec propius quidquam factum, quam ut oppugnatores a rebellibus propellerentur. Germanus autem eorum manum, quos habebat secum, submisit, iussitque alia parte castra tentare. Illi in vallum qua defensoribus nudum erat, continuo penetrarunt: quos ut viderunt seditiosi, protinus se in pedes dederunt, ac Germanus cum omni exercitu castra intravit. Ibi milites praedam facilem nacti, dum eam raperent, nec de hostibus laborabant, nec ducis hortamenta exaudiebant, pecuniae praesentia capti.

μάτων. διὸ δὴ ὁ Γερμανὸς, δείσας μὴ ξυμφρονήσαντες οἱ πολέμιοι ἐπ' αὐτοὺς ἴωσιν, αὐτὸς ξὺν ὀλίγοις τισὶν ἐς τοῦ χαρακώματος τὴν εἴσοδον ἔστη, πολλά τε ὀλοφυρόμενος καὶ τοὺς οὐδὲν
C *ἐπαΐοντας ἐς εὐκοσμίαν παρακαλῶν. τῶν δὲ Μαυρουσίων πολλοὶ τῆς τροπῆς οὕτω γεγενημένης τούς τε στασιώτας ἐδίωκον ἤδη καὶ ξὺν τῷ βασιλέως στρατῷ σφᾶς αὐτοὺς τάξαντες ἐληίζοντο τὸ τῶν ἡσσημένων στρατόπεδον. Στότζας δὲ, κατ' ἀρχὰς μὲν ἐπὶ τῷ τῶν Μαυρουσίων στρατῷ τὸ θαρσεῖν ἔχων, ὡς ἀναμαχούμενος παρ' αὐτοὺς ἤλαυνεν. αἰσθόμενος δὲ τῶν ποιουμένων, ξὺν ἑκατὸν ἀνδράσι διαφυγεῖν μόλις ἴσχυσεν. αὖθις δὲ ἀμφ' αὐτὸν πολλοὶ ξυλλεγέντες ἐνεχείρησαν μὲν τοῖς ἐναντίοις ἐς χεῖρας ἐλθεῖν, ἀποκρουσθέντες δὲ οὐδέν τι ἧσσον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, Γερμανῷ ἅπαντες προσεχώρησαν. μόνος τε ὁ Στότζας σὺν Βανδίλοις ὀλίγοις τισὶν ἐς Μαυριτανοὺς ἀνεχώρησε, καὶ παῖδα τῶν*
D *τινος ἀρχόντων γυναῖκα λαβὼν αὐτοῦ ἔμεινε. καὶ ἡ μὲν στάσις ἐς τοῦτο ἐτελεύτα.*

ιη'. Ἦν δέ τις ἐν τοῖς Θεοδώρου τοῦ Καππαδόκου δορυφόροις Μαξιμῖνος ὄνομα, πονηρὸς μάλιστα. οὗτος ὁ Μαξιμῖνος, τῶν στρατιωτῶν πλείστους διομοσαμένους ἐπὶ τῇ πολιτείᾳ ξὺν αὐτῷ ἔχων, τυραννίδι ἐπιθέσθαι διενοεῖτο. ἔτι δὲ πλείους ἑταιρίζεσθαι ἐν σπουδῇ ἔχων ἄλλοις τε τὸ βούλευμα φράζει καὶ
P 281 *Ἀσκληπιάδῃ, ὁρμωμένῳ μὲν ἐκ Παλαιστίνης, εὖ δὲ γεγονότι καὶ πρώτῳ τῶν Θεοδώρου ἐπιτηδείων. ὁ γοῦν Ἀσκληπιάδης Θεο-*

20. αὐτῷ] αὐτῷ P. 23. Θεοδώρου] θεοδώρῳ HL. ἴσ. θεοδώρου Hm.

Quare metuens Germanus, ne hostes, collectis animis viribusque eos invaderent, cum paucis in valli aditu stabat, quiritans, et ad disciplinam adhortans surdos. Nunc tandem Mauri magno numero coepere persequi factiosos in fugam actos, iunctique Caesarianis expugnata castra diripuerunt. Ac prius quidem Stozas Maurorum copiis fidens, eo fugam intendit, ut ipsis fretus praelium redintegraret: ubi vero quo se modo gererent animadvertit, vix illi cum viris centum evadendi facultas fuit. Coacti denuo circa ipsum sat multi, restituere pugnam aggressi sunt, sed nihilo segnius, immo vero ardentius repulsi, omnes in Germani fidem venerunt. Sic demum Stozas a Romanis plane derelictus, cum Vandalis aliquot concessit in Mauritaniam: ubi, ducta in matrimonium cuiusdam principis filia, habitavit. Seditionis hic fuit exitus.

18. Inter Theodori Cappadocis stipatores quidam erat, maxime improbus, nomine Maximinus. Hic militum quamplurimorum, qui in Remp. coniuraverant praesidio nixus, tyrannidem affectabat. Cumque adhuc plures sibi adiungere studeret, consilii sui cum alios participes fecit, tum Asclepiadem, virum in Palaestina claris ortum natalibus, ac principem familiarium Theodori. Germano molitionem plane indicat Asclepiades,

δώρῳ κοινολογησάμενος τὸν πάντα λόγον εὐθὺς Γερμανῷ εἰσαγγέλλει. καὶ ὃς, οὐκ ἐθέλων ἔτι οἱ τῶν πραγμάτων ᾐωρημένων ἑτέρας τινὸς ταραχῆς ἄρξαι, θωπείᾳ μᾶλλον τὸν ἄνθρωπόν τινι ἢ τιμωρίᾳ περιελθεῖν ἔγνω καὶ ὅρκοις αὐτὸν καταλαβεῖν τῆς ἐς τὴν πολιτείαν εὐνοίας. ἦν τοίνυν εἰθισμένον ἅπασι Ῥωμαίοις ἐκ παλαιοῦ μηδένα δορυφόρον τῶν τινος ἀρχόντων καθίστασθαι, ἢν μὴ δεινοτάτους πρότερον ὅρκους παρεχόμενος τὰ πιστὰ δοίη τῆς ἐς αὐτόν τε καὶ τὸν βασιλέα Ῥωμαίων εὐνοίας. μεταπεμψάμενος B οὖν τὸν Μαξιμῖνον τῆς τε εὐτολμίας αὐτὸν ἐπῄνει καὶ δορυφορεῖν τὸ λοιπόν οἱ ἐπέστελλεν. ὁ δὲ περιχαρὴς γεγονὼς τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς τιμῆς, ταύτῃ τε ῥᾷον αὐτῷ τὴν ἐπίθεσιν προχωρήσειν ὑποτοπάζων, τόν τε ὅρκον ὑπέστη καὶ τὸ λοιπὸν ἐν τοῖς Γερμανοῦ δορυφόροις ταττόμενος τά τε ὀμωμοσμένα εὐθὺς ἀλογεῖν ἠξίου καὶ τὰ ἐς τὴν τυραννίδα πολλῷ ἔτι μᾶλλον κρατύνασθαι. ἡ μὲν οὖν πόλις ἑορτήν τινα πανδημεὶ ἦγε, πολλοὶ δὲ τῶν Μαξιμίνου στασιωτῶν ἀμφὶ τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν ἐς παλάτιον κατὰ τὰ σφίσι ξυγκείμενα ἧκον. οὗ δὴ ὁ μὲν Γερμανὸς τοὺς ἐπιτηδείους εἱστία, παρεστήκει δὲ τῇ θοίνῃ ξὺν τοῖς ἄλλοις δορυφόροις C ὁ Μαξιμῖνος. προϊόντος δὲ τοῦ πότου, εἰσελθών τις Γερμανῷ ἀπαγγέλλει στρατιώτας πολλοὺς κόσμῳ οὐδενὶ πρὸ τῆς αὐλείου θύρας ἑστῶτας αἰτιᾶσθαι ξυντάξεις πολλοῦ χρόνου τὸ δημόσιον σφίσιν ὀφείλειν. καὶ ὃς τῶν δορυφόρων τοὺς πιστοτάτους ἐκέ-

6. δορυφόρον] δορυφόρων AL. 9. οὖν om. HL: addit Hoeschelius in annot. 17. ξυγκείμενα] συγκείμενα L. 21. ξυντάξεις] συντάξεις L.

prius cum Theodoro communicatam. At quoniam res Africae pendebant adhuc in dubio, Germanus, ut novo motui praecluderet aditum, blanditiis potius hominem, quam poena, in officio continere, et Reip. sacramento devincire constituit. Est hoc in veteri more positum apud Romanos, ut nemo Praefecti cuiusquam satellitio prius ascribatur, quam sui in ipsum atque Imperatorem studii fidem fecerit gravissimo iureiurando. Ergo Germanus accito Maximino, cum intrepidum eius animum laudasset, velle se dixit, suos inter protectores habere ipsum in posterum. Is tanto honoris cumulo laetus, eoque viam sibi ad optatum conspirationis exitum sterni ratus, sacramento se obligavit. Exinde inter Germani Praetorianos auctoratus, iuramenti religione statim exuta, ad firmandam tyrannidem multo vehementius incubuit. Tandem aliquando cum diem festum universa civitas ageret, circa horam prandii, Maximianae factionis participes multi in palatium ex compacto conveniunt: ubi Germano amicos epulis accipiente, Maximinus cum stipatoribus caeteris mensae astabat. Iam processerat convivium, cum ingressus quidam Germano nuntiat, magnam catervam militum pro foribus atrii stare promiscue, et expostulare, quod multi stipendia temporis sibi debita ab aerario non solverentur. Il-

λευσε λάθρα τὸν Μαξιμῖνον ἐν φυλακῇ ἔχειν, αἴσθησιν αὐτῷ
τινα τοῦ ποιουμένου ὡς ἥκιστα παρεχομένους. οἱ μὲν οὖν στα-
σιῶται ξύν τε ἀπειλῇ καὶ ταραχῇ ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον δρόμῳ ἐχώ-
ρουν οἵ τε τῆς βουλῆς αὐτοῖς μετασχόντες κατὰ βραχὺ ἐγειρόμε-
V 417 *νοι ἐκ τῶν οἰκημάτων ἐνταῦθα ξυνέρρεον. καὶ εἰ μὲν ξυλλεγῆ-*
D *ναι ἅπαντας ἐς ταὐτὸ ἔτυχεν, οὐκ ἄν τις, οἶμαι, καταλύειν αὐ-*
τῶν τὴν δύναμιν εὐπετῶς ἔσχε· νῦν δὲ Γερμανὸς προτερήσας ἔτι
ἀπολελειμμένου τοῦ πλείστου ὁμίλου ἅπαντας αὐτίκα τοὺς αὐτῷ
τε καὶ βασιλεῖ εὐνοϊκῶς ἔχοντας ἐπ᾽ αὐτοὺς ἔπεμψεν. οἳ δὴ οὐ
προσδεχομένοις τοῖς στασιώταις εἰς χεῖρας ἦλθον. οἱ δὲ οὔτε
Μαξιμῖνον σὺν αὑτοῖς ἔχοντες, ὅνπερ σφίσιν ἐξηγήσεσθαι τοῦ κιν-
δύνου ἐκαραδόκουν, οὔτε τὸ πλῆθος ὁρῶντες αὑτοῖς, ᾗπερ ᾤοντο,
ξυλλεγέν, ἀλλὰ καὶ μαχομένους παρὰ δόξαν σφίσι τοὺς στρατιώ-
τας θεώμενοι καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἐς ὀλιγωρίαν ἐλθόντες ἡσσήθησάν τε
ῥᾳδίως τῇ μάχῃ καὶ κόσμῳ οὐδενὶ ἐς φυγὴν ὥρμηντο. καὶ αὐ-
P 282 *τῶν οἱ ἐναντίοι πολλοὺς μὲν ἔκτεινον, πολλοὺς δὲ παρὰ Γερμα-*
νὸν ζωγρήσαντες ἦγον. ὅσοι μέντοι οὐκ ἔφθησαν εἰς τὸν ἱππό-
H 151 *δρομον ἥκοντες, οὐδεμίαν αἴσθησιν τῆς ἐπὶ Μαξιμίνῳ παρέσχοντο*
γνώμης. Γερμανὸς δὲ αὐτοὺς μὲν διερευνᾶσθαι οὐκέτι ἠξίου, ἀνε-
πυνθάνετο δὲ εἰ Μαξιμίνῳ, ἐπειδὴ ὀμωμόκει, τὰ ἐς τὴν ἐπιβου-
λὴν ἤσκητο. ἐληλεγμένον τε ὡς ἐν τοῖς αὐτοῦ δορυφόροις ταττόμενος τὴν ἐπίθεσιν ἔτι μᾶλλον ποιοίη, ἄγχιστά πη αὐτὸν τοῦ Καρχηδόνος περιβόλου ἀνεσκολόπισεν. οὕτω τε τὴν στάσιν κα-

4. *αὐτοῖς* L. *αὐτῆς* P. 6. *ἔτυχεν*] *ἔτυχον* H. 9. *οἳ*] *οἷς* HL. *οἳ* Hm et L corr. 12. *αὑτοῖς*] *αὐτοῖς* P hic et paullo post. *ibid.* *ᾗπερ*] *οὗπερ* H: illud Hm.

lico Germanus perspectissimae fidei protectoribus clam iniungit, ita Maximinum asservent, ut non advertat. Tum factiosi minaciter frementes tumultuantesque ad Circum decurrere: puncto temporis exciti domibus consilii consortes eodem confluere. Ac mea quidem sententia, si omnes coissent, haud facile quisquam eorum vires convellere potuisset. Verum antevertit Germanus, nullaque interposita mora, quoscunque sibi et Imperatori addictos noverat, eo misit, maximo adhuc absente numero. Illi de improviso adorti sunt factiosos. Hi vero, cum nec Maximinum, quem ineundi certaminis ducem cupidissime expectabant, secum haberent, nec multitudinem cernerent, ad se, ut animo praeceperant, congregatam, sed a militibus peti se nec opinantes viderent, desponderunt animum, et facile victi dissipatique sunt: multi caesi ab adversariis: multi item vivi ad Germanum adducti. Qui nondum in Circum venerant, quo essent in Maximinum animo dissimularunt: neque illos excutere Germanus voluit. De Maximino autem inquisiit, an, post sacramentum dictum, dedisset operam conspirationi? Convictum in eam enixius incubuisse, ex quo ipsum in protectorum suorum numerum ascivisset, proxime Carthaginis moenia

ταλίειν παντάπασιν ἔσχε. Μαξιμίνου μὲν ἐπιβουλὴ ἐτελεύτησεν ὧδε.

ιθʹ. Γερμανὸν δὲ ξύν τε Συμμάχῳ καὶ Δομνίκῳ μεταπεμψάμενος B βασιλεὺς Σολόμωνι αὖθις ἅπαντα Λιβύης τὰ πράγματα ἐνεχείρισε, τρισκαιδέκατον ἔτος τὴν αὐτοκράτορα ἔχων ἀρχήν· στράτευμά τε αὐτῷ παρασχόμενος καὶ ἄρχοντας ἄλλους τε καὶ Ῥουφῖνον καὶ Λεόντιον, τοὺς Ζάννα τοῦ Φαρεσμάνου, καὶ Ἰωάννην τὸν Σισινιόλου υἱόν. Μαρτῖνος γὰρ καὶ Βαλεριανὸς ἤδη πρότερον ἐς Βυζάντιον μετάπεμπτοι ἦλθον. Σολόμων δὲ καταπλεύσας ἐς Καρχηδόνα καὶ τῆς Στότζα στάσεως ἀπαλλαγεὶς μετρίως τε ἐξηγεῖτο καὶ Λιβύην ἀσφαλῶς διεφύλασσε, διακοσμῶν C τε τὸν στρατὸν καὶ εἴ τι μὲν ὕποπτον ἐν αὐτῷ εὕρισκεν, ἔς τε Βυζάντιον καὶ παρὰ Βελισάριον πέμπων, νέους δὲ στρατιώτας εἰς τὸν ἐκείνων ἀριθμὸν καταλέγων καὶ Βανδίλων τοὺς ἀπολελειμμένους καὶ οὐχ ἥκιστά γε αὐτῶν γυναῖκας ἁπάσας ὅλης ἐξοικίζων Λιβύης, πόλιν τε ἑκάστην περιέβαλλε τείχει καὶ τοὺς νόμους ξὺν ἀκριβείᾳ φυλάξας πολλῇ τὴν πολιτείαν ὡς μάλιστα διεσώσατο. καὶ ἐγένετο Λιβύη ἐπ' ἐκείνου χρημάτων τε προσόδῳ δυνατὴ καὶ τὰ ἄλλα εὐδαίμων.

Ἐπεὶ δὲ ἅπαντά οἱ ὡς ἄριστα διετέτακτο, ἐπί τε Ἰάβδαν D καὶ τοὺς ἐν Αὐρασίῳ Μαυρουσίους αὖθις ἐστράτευε. καὶ πρῶτα

7. τοὺς] τοῦ AHL. *ibid.* Ζάννα] Ξάννα p. 286 a. *Zaunae hic et infra* RV. *ibid.* Φαρεσμάνου] Φαρεσμάνους p. 286 a. *Pharesmanis* RV. 8. Σισινιόλου] *Sisinii* RV. *ibid.* Βαλεριανὸς] βελισάριος Hm. 15. ἁπάσας] ἁπάσης AL. 20. Ἰάβδαν] „ἰαύδαν Reg.“ Malt. Sic LHm.

in patibulum sustulit, itaque seditionem difflavit. Huc recidit Maximini prava molitio.

19. Imperator vero Germanum cum Symmacho ac Domnico Byzantium revocavit, resque omnes Africae iterum Salomoni commisit, anno imperii sui XIII. adiunctis copiis atque ducibus, quorum e numero fuere Rufinus ac Leontius, filii Zannae, cuius pater Pharesmanas, et Ioannes Sisinioli filius. Iam ante revocati Byzantium fuerant Martinus et Valerianus. Appulsus Carthaginem Salomon, iam Stozae factione discussa, moderate Africam rexit, ac tuto custodiit, in id incumbens, ut exercitum ad disciplinam componeret; quoscunque suspectae fidei invenisset, qua Byzantium, qua ad Belisarium amandaret, ac supplementum scriberet legionibus; Vandalos, qui remanserant, eorumque uxores omnes ex Africa penitus exterminaret. Praeterea singulas urbes moenibus cinxit, et diligenti legum observatione rem ibi publicam tenuit ac servavit. Fuit Africa, quandiu rationes eius hic procuravit, pecuniae proventu potens, et omnino fortunata.

Rebus omnibus praeclare constitutis, in Iabdam Maurosque Aurasii montis incolas alteram expeditionem suscepit. Cum parte copiarum prae-

μὲν Γόνθαριν, τῶν δορυφόρων τῶν αὐτοῦ ἕνα, ἄνδρα ἀγαθὸν τὰ πολέμια, ξὺν στρατεύματι ἔπεμψεν. ὃς δὴ ἐς Ἀβίγαν ποταμὸν ἀφικόμενος ἐστρατοπεδεύσατο ἀμφὶ Βάγαϊν, πόλιν ἔρημον.
P 283 ἐνταῦθά τε τοῖς πολεμίοις ἐς χεῖρας ἐλθὼν καὶ μάχῃ ἡσσηθεὶς ἔς τε τὸ χαράκωμα ἀποχωρήσας τῇ Μαυρουσίων προσεδρείᾳ ἐπιέζετο ἤδη. ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸς τῷ παντὶ στρατῷ ἀφικόμενος, ἐπειδὴ σταδίοις ἑξήκοντα τοῦ στρατοπέδου ἀπεῖχεν, οὗ Γόνθαρις ἡγεῖτο, χαράκωμά τε ποιησάμενος αὐτοῦ ἔμενε καὶ τὰ ξυμπεσόντα τοῖς ἀμφὶ Γόνθαριν ἅπαντα ἀκούσας μοῖράν τε αὐτοῖς τοῦ στρατοῦ ἔπεμψε καὶ θαρσοῦντας ἐκέλευε διαμάχεσθαι τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ Μαυρούσιοι καθυπέρτεροι ἐν τῇ ξυμβολῇ, ὥσπερ ἐρρήθη, γινόμενοι ἐποίουν τάδε. Ἀβίγας ὁ ποταμὸς ῥεῖ μὲν ἐκ τοῦ Αὐ-
B ρασίου, κατιὼν δὲ ἐς τὸ πεδίον ἀρδεύει τὴν γῆν οὕτως ὅπως ἂν
V 418 βουλομένοις ᾖ τοῖς ταύτῃ ἀνθρώποις. περιάγουσι γὰρ τὸ ῥεῦμα τοῦτο οἱ ἐπιχώριοι ὅπῃ ποτὲ σφίσιν ἐς τὸ παραυτίκα ξυνοίσειν οἴονται, ἐπεὶ ἐν τῷδε τῷ πεδίῳ ἀπώρυγες συχναὶ τυγχάνουσιν οὖσαι, ἐς ἃς δὴ ὁ Ἀβίγας σχιζόμενός τε καὶ ἐς πάσας ἰὼν ὑπὸ γῆν φέρεται καὶ αὖθις ὑπὲρ γῆν διαφαίνεται, ξυνάγων τὸ ῥεῦμα. τοῦτο δὲ ἐπὶ πλεῖστον τοῦ πεδίου ξυμβαῖνον ἐν ἐξουσίᾳ τοῖς ταύτῃ ᾠκημένοις τίθεται εἶναι, ἐπιβύσασι χώματι τοὺς ῥωχμοὺς ἢ αὖθις αὐτοὺς ἀποκαλύψασι τοῖς ὕδασι τοῦ ποταμοῦ τοῦδε ὅ τι βούλοιντο χρῆσθαι. τότε οὖν ἁπάσας οἱ Μαυρούσιοι τὰς ἐκείνῃ
C ἀπώρυγας ἀποφράξαντες ἀφιᾶσι τὸ ῥεῦμα ὅλον φέρεσθαι ἀμφὶ τὸ

11. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. 12. Ἀβίγας] ἀβίβας L. 16. τῷδε om. L. ibid. ἀπώρυγες Scaliger. Libri et Suidas (s. v. ῥωχμός) ἀπορρῶγες. 19. ξυμβαῖνον] συμβαῖνον Suidas. 20. ἐπιβύσασι —] Suidas s. v. ἐπιβύσαντες. 23. ἀπώρυγας] Libri ἀπορρῶγας.

missus Gontharis, e stipatorum ipsius numero, bellator egregius, cum ad fluvium Abigam pervenisset, non procul ab urbe deserta, cui nomen Bagai, castra posuit. Hic cum hoste congressus victusque, se in vallum recepit: ubi iam a Mauris arcta obsidione premebatur, quando Salomon cum exercitu universo adveniens, castra stadiis LX. ab iis procul, quibus Gontharis praeerat, metatus est, ibique substitit. Audita Gontharis clade, suorum partem subsidio misit, iussitque magno animo cum hoste confligere. At Mauri, victoriam adepti, ut dictum est, ad artem hanc se converterunt. Ex Aurasio labitur Abigas, et in planitiem devolutus, agros rigat pro incolarum arbitrio, aquam derivantium, prout illis ex usu praesenti videtur esse. Est enim camporum aequor crebris intercisum canalibus, in quos scissus Abigas, omnes subinfluit, ac subterraneis meatibus erumpens, undas colligit. Quod cum per longissimum tractum fiat, aqua fluvii in manibus est incolarum, qui alveis vel obstructis aggere, vel reclusis, illam ad libitum dispensant. Ergo Mauri, canalibus, quicunque ibi

τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον. ἀφ᾿ οὗ δὴ τέλμα βαθὺ γεγονὸς καὶ
ἀπόρευτον ἐξέπληξέ τε αὐτοὺς ὅτι μάλιστα καὶ ἐς ἀπορίαν κατέ-
στησε. ταῦτα ἀκούσας Σολόμων κατὰ τάχος ᾔει. οἱ δὲ βάρβα-
ροι δείσαντες ἀναχωροῦσιν ἐς τοῦ Αὐρασίου τὸν πρόποδα. καὶ
ἐν χώρῳ, ὃν Βάβωσιν καλοῦσι, στρατοπεδευσάμενοι ἔμενον.
ἄρας τε Σολόμων τῷ παντὶ στρατῷ ἐνταῦθα ἧκε. καὶ τοῖς πο-
λεμίοις ἐς χεῖρας ἐλθὼν κρατήσας τε παρὰ πολὺ αὐτῶν ἐς φυγὴν
ἔτρεψε. καὶ ἀπ᾿ αὐτοῦ οἱ Μαυρούσιοι μάχην μὲν ἐκ τοῦ ἀντι-
πάλου πρὸς Ῥωμαίους διενεγκεῖν ἀξύμφορον σφίσιν ᾤοντο εἶναι·
οὐ γὰρ αὐτῶν περιέσεσθαι τῇ μάχῃ ἤλπιζον· ἐς δὲ τοῦ Αὐρασίου D
τὴν δυσχωρίαν ἐλπίδα εἶχον ἀπολέγοντας τῇ ταλαιπωρίᾳ Ῥωμαίους
χρόνῳ ὀλίγῳ ἐνθένδε ἐξανίστασθαι ὥσπερ τὸ πρότερον. οἱ μὲν
οὖν πολλοὶ ἔς τε Μαυριτανοὺς καὶ ἐς τοὺς πρὸς μεσημβρίαν τοῦ
Αὐρασίου βαρβάρους ᾤχοντο, Ἰάβδας δὲ ξὺν Μαυρουσίοις δισ- H 152
μυρίοις ἐνταῦθα ἔμενεν. ἐτύγχανε δὲ φρούριον οἰκοδομησάμενος
ἐν Αὐρασίῳ Ζερβούλην ὄνομα. οὗ δὴ εἰσελθὼν ξὺν πᾶσι Μαυ-
ρουσίοις ἡσύχαζε. Σολόμων δὲ χρόνον μὲν τρίβεσθαι τῇ πολιορ-
κίᾳ ἥκιστα ἤθελε, μαθὼν δὲ τὰ ἀμφὶ πόλιν Ταμουγάδην πεδία
σίτου ἀκμάζοντος ἔμπλεα εἶναι ἐς αὐτὰ ἐπῆγε τὸ στράτευμα καὶ
ἐγκαθεζόμενος ἐδῄου τὴν γῆν. πυρπολήσας δὲ ἅπαντα ἐς Ζερ-
βούλην τὸ φρούριον αὖθις ἔστρεψεν.

4. *Αὐρασίου*] *μαυρουσίου* H. 5. *Βάβωσιν*] ***Fabosim*** RV. 14. *Ἰάβδας*] *λαύδας* LHm. Eadem varietas infra. 16. *Αὐρα-σίῳ*] *αὐλασίῳ* HL: illud Hm.

unt, tunc obturatis, totum amnem circum Romana castra vagaturum dimittunt. Nata hinc alta atque insuperabilis lacuna eos in metum gravissimum summasque angustias adduxit. Accepto rei nuntio Salomon accurrit: mox territi Barbari, ad radices Aurasii retrocedunt, et in loco, quem Babosin vocant, stativa ponunt. Movet Salomon; omnes eo copias duxit, editoque praelio hostem egregie vincit ac fugat. Exin Mauri suis rationibus non conducere iudicarunt collatis signis cum Romanis certare; et vero victoriam desperabant. Sed Aurasii derupta ac salebrae spem ipsis hanc offerebant, fore ut Romani, labore itineris fatiscentes, inde brevi, ut in priori expeditione, discederent. Itaque multi in Mauritaniam et ad Barbaros trans Aurasium, qua meridiem spectat, positos concesserunt: illic Iabdas cum xx. M. Maurorum substitit. In Aurasio castellum Zerbulen aedificaverat: quo ipse cum suis omnibus ingresus, sese continuit. Nec voluit in eo obsidendo tempus terere Salomon. Verum ubi circumiecta urbi Tamugadae arva segete iam adulta exuberare didicit, in ea induxit exercitum, ibique stativa habens, populationes fecit. Cunctis demum igne corruptis, ad castellum Zerbulen se convertit.

Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ, ᾧ Ῥωμαῖοι ἐδῄουν τὴν γῆν, Ἰάβ-
P 284 δας καταλιπὼν Μαυρουσίων τινάς, οὓς μάλιστα ᾤετο ἐς τοῦ
φρουρίου τὴν φυλακὴν ἱκανοὺς ἔσεσθαι, αὐτὸς ἐς τὴν Αὐρασίου ὑπερβολὴν ξὺν τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἀνέβη, ὅπως μὴ πολιορκουμένους ἐνταῦθα τὰ ἐπιτήδεια σφᾶς ἐπιλίποι. χῶρόν τε εὑρὼν κρημνοῖς τε πανταχόθεν ἀνεχόμενον καὶ πρὸς ἀποτόμων πετρῶν καλυπτόμενον, Τοῦμαρ ὄνομα, ἐνταῦθα ἡσύχαζε. Ῥωμαῖοι δὲ Ζερβούλην τὸ φρούριον ἐς τρεῖς ἐπολιόρκουν ἡμέρας. καὶ τόξοις χρώμενοι, ἅτε οὐχ ὑψηλοῦ ὄντος τοῦ τείχους, πολλοὺς τῶν ἐν ταῖς ἐπάλξεσι βαρβάρων ἔβαλλον. τύχῃ δέ τινι ξυνέπεσεν ἅπαντας Μαυρουσίων τοὺς ἡγεμόνας τούτοις δὴ ἐντυχόντας τοῖς βέλεσι θνήσκειν. ἐπεὶ δὲ ὅ τε τῶν τριῶν ἡμερῶν χρόνος ἐτρίβη καὶ νὺξ ἐπέλαβε, Ῥωμαῖοι μὲν οὐδὲν τοῦ θανάτου πέρι τῶν ἐν Μαυρουσίοις ἡγεμόνων πυθόμενοι διαλύειν ἐβουλεύοντο τὴν προσεδρείαν. ἄμεινον γὰρ Σολόμωνι ἐφαίνετο ἐπί τε Ἰάβδαν καὶ Μαυρουσίων τὸ πλῆθος ἰέναι, οἰομένῳ, ἢν ἐκείνους πολιορκίᾳ ἑλεῖν δύνηται, ῥᾷόν τε καὶ ἀπονώτερον τοὺς ἐν Ζερβούλῃ βαρβάρους προσχωρήσειν σφίσιν. οἱ δὲ βάρβαροι οὐκέτι ἀντέχειν τῇ προσεδρείᾳ οἰόμενοι, ἐπεὶ αὐτοῖς ἅπαντες ἤδη οἱ ἡγεμόνες ἀνῄρηντο, φεύγειν τε κατὰ τάχος καὶ τὸ φρούριον ἀπολιπεῖν ἔγνωσαν. αὐ-
C τίκα γοῦν ἅπαντες σιγῇ τε καὶ οὐδεμίαν τοῖς πολεμίοις αἴσθησιν
παρεχόμενοι ἔφευγον, οἵ τε Ῥωμαῖοι ἐς τὴν ἀναχώρησιν ἅμα ἡμέρᾳ ξυνεσκευάζοντο. καὶ ἐπεὶ ἐν τῷ τείχει οὐδείς, καίπερ πολε-

1. ᾧ AL. ἐν ᾧ L corr. et P. [ἐν] ᾧ H. 13. πέρι] Vulgo περί. 14. προσεδρείαν] προσεδρίαν L. 18. σφίσιν] σφίσι L. ibid. προσεδρείᾳ] προσεδρίᾳ L. 22. ἡμέρᾳ om. L.

Dum Romani agros devastant, interea Iabdas, relictis in castello aliquot Mauris, quos agitando praesidio maxime idoneos iudicabat, cum caeteris ad Aurasii culmen evasit, ne deficerentur cibariis, si forte in castello obsiderentur. Locum nactus praecipitiis undique arduum, ac praeruptis scopulis circumseptum, cui nomen Tumar, illic consedit. Romani vero Zerbulen castellum per triduum oppugnarunt. Quo tempore cum arcubus uterentur (quippe murus erat humilior) stantesque ad pinnas Barbaros multos configerent, accidit ut omnes Maurorum duces sagittis icti ciciderint. Nocte autem, quae triduum illud proxime consecuta est, illatam Maurorum ducibus necem ignorantes Romani solvendae obsidionis consilium ceperunt. Etenim ad Iabdam et Maurorum exercitum properare satius esse ducebat Salomon, id secum reputans, si illos prius expugnaret, facilius postea praesidium Zerbulenum ad deditionem compulsum iri. At Barbari infirmiores sibi visi, quam ut diutius sustinerent obsidionem, amissis iam cunctis ducibus, effugere quamprimum et castellum deserere statuerunt. Nec mora: silentio clamque hostibus in fugam se conferunt. Ut illuxit, discessum ornare Romani et convasare.

μίων ἀναχωρούντων, ἐφαίνετο, ἐθαύμαζόν τε καὶ ἐς ἀλλήλους
ἐπὶ πλεῖστον διηποροῦντο. ξὺν ταύτῃ τε τῇ ἀμηχανίᾳ τὸ φρού-
ριον περιιόντες ἀνακεκλιμένην τὴν πυλίδα εὑρίσκουσιν, ὅθεν δὴ
οἱ Μαυρούσιοι ᾤχοντο φεύγοντες. ἔς τε τὸ φρούριον εἰσελθόν-
τες ἐν ἁρπαγῇ ἅπαντα ἐποιήσαντο, διώκειν μέντοι ἥκιστα τοὺς
πολεμίους διενοοῦντο, ἄνδρας κούφως τε ἐσταλμένους καὶ τῶν
ἐκείνῃ χωρίων ἐμπείρους. καὶ ἐπειδὴ ἅπαντα ἐληίσαντο, φύλα- D
κας τοῦ φρουρίου καταστησάμενοι πεζῇ ἅπαντες ἐχώρουν πρόσω.

κ'. Ἐλθόντες δὲ ἐς Τοῦμαρ τὸν χῶρον, οὗ δὴ καθείρξαν- V 419
τες σφᾶς αὐτοὺς ἡσύχαζον οἱ πολέμιοι, ἄγχι που ἐστρατοπεδεύ-
σαντο ἐν δυσχωρίᾳ, ἔνθα οὔτε ὕδατος ὅτι μὴ ὀλίγου οὔτε ἄλλου
του ἀναγκαίου ἐν εὐπορίᾳ ἔσεσθαι ἔμελλον. χρόνου δὲ τριβομένου
συχνοῦ τῶν τε βαρβάρων οὐδαμῶς σφίσιν ἐπεξιόντων, αὐτοὶ οὐ- P 285
δέν τι ἧσσον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τῇ προσεδρείᾳ πιεζόμενοι ἤσχαλ-
λον. μάλιστα δὲ ἁπάντων τῇ τοῦ ὕδατος ἀπορίᾳ ἤχθοντο, ὃ δὴ
αὐτὸς Σολόμων ἐφύλασσε, καὶ ἄλλο οὐδὲν ἐς ἡμέραν ἐδίδου,
πλήν γε δὴ ὅτι κύλικα μίαν ἀνδρὶ ἑκάστῳ. ὡς δὲ αὐτοὺς εἶδε
δυσανασχετοῦντάς τε ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς καὶ τὰ παρόντα δυσχερῆ
φέρειν οὐκέτι οἵους τε ὄντας, ἀποπειρᾶσθαί τε τοῦ χωρίου, καί-
περ δυσπροσόδου ὄντος, διενοεῖτο καὶ συγκαλέσας ἅπαντας πα-
ρεκελεύσατο ὧδε ,,Ἐπειδὴ δέδωκεν ὁ θεὸς Ῥωμαίοις ἐν Αὐρασίῳ
Μαυρουσίους πολιορκεῖν, πρᾶγμα πρότερόν γε κρεῖσσον ἐλπίδος

1. ἐθαύμαζον] Vulgo καὶ ἐθαύμαζον. 14. προσεδρείᾳ] Vulgo προσεδρίᾳ. 17. μίαν ἀνδρὶ — κτεινομένους (p. 288 a.) om. HL: habent APV et legit RV. 19. οὐκέτι] οὔτι A. 22. πρότερόν γε] Malim πρότερόν τε.

Cum autem supra murum nemo se proderet, quamvis abeunte hoste, mirari subiit, diuque ancipites haeserunt. In eo aestu animi, dum castellum circumeunt, portam, qua Mauri evaserant, apertam vident. Ingressi, cuncta diripiunt, omisso consilio hostes persequendi, quod ii leviter armati essent, ac locorum periti. Postquam omnia compilarunt, relicto ibi praesidio, porro omnes pedibus perrexere.

20. Ut ventum est Tumar, quo se hostis cum compegisset, nihil movebat, non procul metati sunt confragoso in loco, qui ipsis aquam et commeatum maligne praebiturus erat. Hic multo consumpto tempore, neque ullam eruptionem faciente Barbaro, ipsi non minus, immo vero gravius obsidione fessi, indignabantur. Nihil autem aeque illos torquebat, ut aquae penuria: cum eam ipse servaret Salomon, nec nisi unum cuique calicem diebus singulis demetiretur. Tandem ubi palam eos animi acerbitatem effundere, nec miseriam, qua premebantur, tolerare diutius posse vidit, ad tentandum locum, quamvis aditu difficilem, adiecit animum, et advocata concione, cohortationem hanc habuit. *Quandoquidem id Romanis Deus concessit, ut in Aurasio Mauros obsideant, quod omnium spe maius*

B *καὶ νῦν τοῖς γε οὐχ ὁρῶσι τὰ δρώμενα παντελῶς ἄπιστον, ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς τῇ ἄνωθεν ὑπουργοῦντας ἐπικουρίᾳ ταύτην δὴ μὴ καταπροδιδόναι τὴν χάριν, ἀλλ' ὑφισταμένους σὺν προθυμίᾳ τὸν κίνδυνον τῶν ἐκ τοῦ κατορθώσειν εὐτυχημάτων ἐφίεσθαι. ὡς πᾶσα μὲν τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων ῥοπὴ ἐς τοῦ καιροῦ τὴν ἀκμὴν περιίσταται· ἢν δέ τις ἐθελοκακήσας προδιδοίη τὴν τύχην, οὐκ ἂν αὐτὴν αἰτιῷτο δικαίως, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῷ τὴν αἰτίαν πεποιημένος. Μαυρουσίων μὲν τὴν ἀσθένειαν ὁρᾶτε δήπου καὶ τὸ χωρίον, οὗ δὴ πάντων ἀπολελειμμένοι τῶν ἀναγκαίων καθείρξαντες αὐτοὺς τηροῦσιν. ὑμᾶς δὲ δυοῖν ἀνάγκη τὸ ἕτερον,*
C *ἢ τῇ προσεδρείᾳ μηδαμῶς ἀχθομένους τὴν τῶν πολεμίων ὁμολογίαν προσδέχεσθαι, ἢ πρὸς ταύτην ὀλιγωροῦντας τὴν μετὰ τοῦ κινδύνου προσίεσθαι νίκην. μᾶλλον δὲ καὶ τὸ πολεμεῖν πρὸς τούσδε ἡμῖν τοὺς βαρβάρους ἀκίνδυνον ἔσται, οὓς δὴ τῷ λιμῷ μαχομένους ἤδη οὔποτε ἡμῖν οὐδὲ εἰς χεῖρας ἀφίξεσθαι οἶμαι. ἅπερ ἐν τῷ παρόντι ὑμᾶς ἐν νῷ ἔχοντας ἅπαντα προσήκει προθύμως τὰ παραγγελλόμενα ἐκτελεῖν."*

Τοσαῦτα Σολόμων παρακελευσάμενος διεσκοπεῖτο ὅθεν ἂν σφίσι τοῦ χωρίου πειράσασθαι ἄμεινον εἴη, ἀπορουμένῳ τε ἐπὶ πλεῖστον ἐῴκει. λίαν γάρ οἱ ἄμαχός τις ἡ δυσχωρία ἐφαίνετο. ἐν ᾧ δὲ Σολόμων ταῦτα ἐν νῷ ἐποιεῖτο, ἡ τύχη ὁδόν τινα τοῖς
D *πράγμασιν ἐπορίσατο τήνδε. Γέζων ἦν ἐν τοῖς στρατιώταις πε-*

1. δρώμενα AV. πραττόμενα P. 10. δυοῖν] δυεῖν V. 11. προσεδρείᾳ V. προσεδρίᾳ P. 13. προσίεσθαι] προΐεσθαι V.

antea, nunc etiam fidem eorum, qui coeptis non intersunt, excedit, consequens est, ut nostram adiungamus operam coelesti auxilio, neque illud proiiciamus beneficium, sed alacriter dimicationem ingressi, secundos exitus, qui praeclara consequentur facinora, ambiamus. Momentum omne rerum humanarum in occasionis articulo situm est. Quod si quis Fortunam abdicet inertia voluntaria, non potest sine iniuria illi culpam ascribere, quam ipse commisit. Videtis Maurorum imbecillitatem: videtis locum, quo ita se tuentur, postquam in eum ipsi se concluserunt, ut nihil commeatus habeant. Vobis autem horum alterum necesse est: vel deditionem hostium expectare, perferendo obsidionis incommoda; vel, si deditio minus placet, victoriam cum discrimine et dimicatione coniunctam amplecti. Tametsi non adeo periclitabimur, si hos Barbaros oppugnabimus, qui fame iam conflictati, nunquam, ut equidem arbitror, ad conserendam nobiscum manum accedent. Qua nunc persuasione imbutis animis, imperata prompte exequi convenit.

Ita suos hortatus Salomon, exploravit qua parte oppugnationem inferret. Cumque insuperabilis videretur iniquitas loci, haesit ille perdiu dubitanti similis. Dum mente Salomon defixa staret, hanc ad optata viam Fortuna praebuit. Inter pedites Gezo quidam erat, cohortis, in quam

ζὸς, τοῦ καταλόγου ὀπτίων, εἰς ὃν αὐτὸς ἀνεγέγραπτο· οὕτω
γὰρ τὸν τῶν συντάξεων χορηγὸν καλοῦσι Ῥωμαῖοι. οὗτος ὁ Γέ-
ζων, εἴτε παίζων εἴτε θυμῷ χρώμενος, ἢ καί τι αὐτὸν θεῖον ἐκί-
νησεν, ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἰέναι δοκῶν ἀνέβαινε μόνος καὶ αὐτοῦ
μικρὸν ἄποθεν τῶν τινες ξυστρατιωτῶν ᾔεσαν, ἐν θαύματι ποιού-
μενοι τὰ γινόμενα. ὑποτοπήσαντες δὲ Μαυρουσίων τρεῖς, οἳ ἐς
τὸ φυλάσσειν τὴν εἴσοδον ἐτετάχατο, ἐπὶ σφᾶς ἰέναι τὸν ἄνθρω-
πον, ἀπήντων δρόμῳ. ἅτε δὲ ἐν στενοχωρίᾳ οὐ ξυντεταγμένοι
ἐβάδιζον, ἀλλὰ χωρὶς ἕκαστος ᾔει. παίσας δὲ τὸν πρῶτόν οἱ
ἐντυχόντα ὁ Γέζων ἔκτεινεν, οὕτω δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἑκάτερον P 286
διειργάσατο. ὃ δὴ κατιδόντες οἱ ὄπισθεν ἰόντες πολλῷ θορύβῳ
τε καὶ ταραχῇ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐχώρουν. ὡς δὲ τὰ δρώμενα
ἤκουσέ τε καὶ εἶδεν ἡ Ῥωμαίων στρατιὰ ξύμπασα, οὔτε τὸν στρα-
τηγὸν ἀναμείναντες τῆς πορείας σφίσιν ἡγήσασθαι οὔτε τῆς σάλ-
πιγγος τὴν ξυμβολὴν, καθάπερ εἴθιστο, σημαινούσης, οὐ μὴν
οὐδὲ τὴν τάξιν φυλάσσοντες, ἀλλὰ πατάγῳ τε πολλῷ χρώμενοι
καὶ ἀλλήλοις ἐγκελευόμενοι ἔθεον ἐπὶ τὸ τῶν πολεμίων στρατόπε-
δον. ἐνταῦθα Ῥουφῖνός τε καὶ Λεόντιος, οἱ Ζάννα τοῦ Φα- V 420
ρεσμάνους, ἔργα ἐπεδείξαντο ἐς τοὺς πολεμίους ἀρετῆς ἄξια.
οἷς δὴ οἱ Μαυρούσιοι καταπεπληγμένοι, ἐπειδὴ καὶ τοὺς φύλακας B
σφῶν ἀνῃρῆσθαι ἔμαθον, αὐτίκα ἐς φυγὴν ὅπη ἕκαστος ἐδύνατο
ᾔεσαν, καὶ αὐτῶν οἱ πλεῖστοι ἐν ταῖς δυσχωρίαις καταλαμβανό-

5. θαύματι] θαύματος AV. 8. ξυντεταγμένοι V. συντεταγμένοι P. 13. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 15. σημαινούσης om. AV. 18. Ζάννα] Libri Ξάννα. Vid. p. 282 b. *ibid.* Φαρεσμάνους] φαρεσμάνος V. Φαρεσμάνου p. 282 b.

ascriptus fuerat, optio (ita vocant eum Romani, qui stipendia dividit). Hic sive per ludum, sive ex ira, sive aliquo instinctu divino concitus, suscepto eundi ad hostes consilio, solus ascendit: nec longe sequebantur commilites aliquot, inceptum hominis demirantes. Eum Mauri tres, qui aditum custodiebant, contra se tendere arbitrati, ita procurrerunt, ut non iunctis frontibus, at singuli seorsum, propter angustias loci, incederent. Qui primus obviam fit, eum Gezo ferit ac necat, itidemque reliquos: quo viso exciti, qui pone ibant, multo cum fremitu tumultuque in hostem vadunt. Omnis quoque Rom. exercitus rem simul auribus oculisque accepit, non duce, qui praeiret, expectato, non dante, ut mos est, signum classico, nullo servato ordine, nec sine ingenti strepitu, cum alter alterum hortaretur, ad hostium castra contendit. Hic facinora viris fortibus digna Rufinus atque Leontius, filii Zannae ac nepotes Pharesmanae, ediderunt: quibus attoniti Mauri, suorum etiam audita custodum caede, statim, qua cuique licuit, se fugae mandarunt: plerique intercepti in sa-

μενοι ἔθνησκον. Ἰάβδας δὲ αὐτὸς ἀκοντίῳ πληγεὶς τὸν μηρὸν ὅμως διέφυγέ τε καὶ ἐς Μαυριτανοὺς ἀπεχώρησε. Ῥωμαῖοι δὲ διαρπάσαντες τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον οὐκέτι τὸ Αὐράσιον ἐκλείπειν ἔγνωσαν, ἀλλὰ Σολόμωνος ἐνταῦθα φρούρια δομησαμένου φυλάσσουσιν, ὅπως μὴ αὖθις τοῦτο δὴ τὸ ὄρος Μαυρουσίοις ἐσβατὸν ἔσται.

Ἔστι δέ τις ἐν Αὐρασίῳ πέτρα ἀπότομος κρημνῶν ἐς μέσον ἀνέχουσα· πέτραν αὐτὴν Γεμινιανοῦ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι· οὗ
